mana leticia salubriter vīcat. Pasti
sumus. O bone rex puiuio nuptiali.
delicias celestes haurim°. psta nob ie
su christe spōse mirabilis vt q̄ B spe
letati fum° in futuro etiā pfectissimo
gaudio repleamur. q̄ cū pre ⁊ spūsco
uiuis et regnas de° p oia se. s. Amē

# Deus noster re.

Titul° In finez filijs chore
p arcanis Psalmus. Cass. In finē
notū ē. quēadmodum ad dnm possit
referri Ipe ē finis noster q̄ nos pfi
cit ⁊ nō cōsumit. filios āt chore signi
ficare dixim° imitatores passiōis chri
sti. et q̄z psōa psalm° iste cātat. Pro
arcanis xo aduētū dni significat sal
uatoris. quē diuitatis siue mirabili se
creto p hūani generis rdēptiōe dispo
suit Inter Dic ei ps docet nos spem
nostrā in illū debere ponē. q. sol° pōt
nos de tribulatiōib° liberare Filij q̄
chore q̄ fideles debēt ītelligi christia
ni: in prīcipio psalmi nō se timē. pfitē
tur pturbatiōes seculi dicētes.
Deus nr. p veram fidē ⁊ pfessi
onē Cass refugiū. qm̄ nos de anie
piculo liberat et xt°. qm̄ stabiliter
mētes nras ab iniq̄ seculi errore cu
stodit. Aug. Sūt q̄dā refugia vbi si
ē xt°. q̄ q̄sq̄ cū fugerit magis īfirma
tur q̄z cōfirmat. xbi grā. Cū fugis ad
aliquē ī sclo magnū vt facias tibi po
tētē amicū: refugiū videt. tāta tm̄ h°
sclī incerta: st ⁊ ita potētiū ruine cre
brescūt q̄tidiane. vt cū ad tale refugi
um pueneris. pl° ibi timē īcipias. an
tea tm̄ cause tue tiebas. tūc cuz ad ta
lē pfugēs d illo etiā timeb. Olti ei
cadētib° illis: q̄siti st. q̄s nēo q̄rēt si ñ
ad tales cōfugisset. tale ñ ē refugiuz
nostrū q̄d sic īfirmat. sz. ds q̄ ē xtus
et adiutor ī tribulatiōibus ī quib°
ad dominū īfugiē dū ē. siue sit tribu
latio in re familiari siue in salute cor
poris. siue de pīclo charor: siue d alio
q̄ re ad hui° vite sustētaculū nēcaria.
Vino aliud refugiū nō debz ēē chri
ano q̄z saluator eius. verūtn charissi
mi inter oēs tribulatiōes aīe hūane
nulla ē maior tribulatio q̄z cōscētia
delictor Nā si ī cōscia hois vulnus
pcēi nō sit: vbicūq̄z alibi pass° fuerit
tribulatiōes. illic cōfugiet. et ibi īue
niet deū Sinautē ibi req̄s nō ē. pē
abūdātiā iniq̄tatū: cōfugiat ad deuz.
qm̄ adiutor fcs ē dnis. dimittēdo pec
cata Et ne tribulatiōes leues puta
res: addidit q̄ īuenerūt nos nimis
Alia ē tribulatio quā tu īuētis. pside
rās peccatum tuū sine alicui° āmoni
tiōe. ⁊ dicis tribulationē ⁊ dolorē ī
ueni Glo. Alia ē qm̄ q̄s alteri° psua
siōe pēitet. pecēm suū cognoscēs. Et
vtrobiq̄z rogād° ē de°: q̄ ē adiutor in
tribulatiōib° Deq̄ vox fidelū ī pmi
tiua eccia existētū q̄ dicūt Propte
rea q̄ de° adiutor noster ē nō time
bim° dū turbabit terra Aug. i. ge
nētō iudor q̄ frena sapiūt ⁊ trāsse
rēt mōtes. i. apostoli radios doctri
ne veri solis chri pmo suscipiētes ī
cor maris. i. ad gētilitatē ī latā ama
ritudinē peccator idolatrie dimersā
Hoc fcūz ē qm̄ aplī relictis īcredulis
iudeis: ad pdicādū gētib° trāsierūt. si
cut paulus et barnabas dixerūt ad iu
deos act. xiij. qm̄ repulistis verbū di
et īdignos vos iudicastis eterne vite
Ecce cōuertimur ad gētes Conue
rūt apli et turbate st aq̄. i. apli ad
pnūtiaz sono pdicatiōis eor. videlz
apostolor Die. pturbati st mōtes
i. excelsiores seculi prātes et prin
cipes gētiū ī fortitudie ei°. i. pdica
tiōe fortitudis spūsancti Aug. Mo
raliť āt possūt exponi duo pdicti xt°
hoc mō pterea q̄ de° ē fortitudo
et refugiū nostr. ñ timebim°. ī pnti
molestiā tētationū. dū turbabit ēra

# Psalmus xlv.

J.i. terreni amatores seculi. q ī die iu
dicij turbabunt cū viderit iustos sta
re gloriosos q̃s hic spreuerūt ⁊ perse
cuti sūt vt ignominiosos. vñ de ipis
dicitur sapiē. v. Videbūt ⁊ turbabū
tur timore horribili. mō vo nō turbā
tur sed ī pace reqescūt Vnde dicitur
de ipis Job. xxi. Dom' eor secure st
et pace. sz dñs expectat tps q̃ sepabū
tur iusti ab iustis ⁊ trāsferent mō
tes J.i. supbi et elati h' seculi in cor
maris J.i. ī pfūdū ekne amaritudis.
de quor supbor delicijs sbdit dicēs.
Sonuerūt et turbate sūt aque eor
J.i. delicie eor terrene que habēt in
superficie claritatē. ⁊ ī fūdo fecem. Cla
ritas ē pñs delectatio. fex ē ekna dā
natio. ꝓter delectationē dicit. sonue
rūt. aque clare descēdētes de fōte so
nāt et sitim ꝓuocāt. Propter feces
dānatiōis dicit: turbate sūt aque. sed
stulti amatores mūdi nō resipiscunt
nec attendere volūt nisi claritatē tē
porālium deliciar. sed incessāter eis
vtuntur. nō attēdētes q oportebit e
os postmodū feces bibere in suppli
cijs ekīis. ezechi. xxiij. Potabis vs
q̃z ad feces. de q̃b' peccatorib' adhuc
subditur Conturbati st mōtes J hoc
ē: hoies quātūcūq̃z alti ⁊ potētes Ī
fortitudīe eius J.i. dei qui fortissim' ē
vt dicit Job. ix: q̃i dicat imo dñs qui
totū suū calicē bibit. ⁊ oēs sancti ei'
cū ipo. pmo feces .i. pseculiones ⁊ tri
bulatiōes ī hoc mūdo biberūt. q mō
in eterna vita gaudium bibūt. Vos
ergo amatores mundi q̃ B bibitis de
lectationem et gaudiū: dñs faciet ex
sua fortitudīe vos postea bibere fe
ces vestrarū deliciarū. i. ekna tribula
tionē Caf. Supi' ktores hītos di
xit q̃s de pdicatiōe noua apostolorū
mund' accepit. Nūc beneficia q̃ col
lata st eccie ō aduētu dñi saluatoris
edicunt. vnde dicit B luminis im
pet' J Die. Post euersos cultus gē
tilīū ablutio baptismi vel irrigatio
seu inundatio spūsāti Letificat ciui
tatē dei J.i. eccīam q̃ ē ꝓgregatio fide
liū Hu. Et specialit exponit hoc
de missiōe spūsancti ī die pētecostes
Flumis impet'. q spūsanct' venit
subito. vñ act. ij. Fact' ē repēte de ce
lo son' ꝛc. Sanctificauit tabernaculū
suū. J.i. firmauit eccīaz suā militātē. in
qua ꝑ fidē habitat Altissim' J.i. chri
st' O cus J manet Ī medio ei' J q ipe
dicē Mat. xviij. Vbi duo vl tres ꝓgre
gati fuerit ī noīe meo: ibi sū ī medio
eor. et ideo Nō cōmouebit eccia in
tribulatiōibus. q fūdata ē supra fir
mā petrā .i. christū. et porte inferi nō
ꝑualebūt aduersus eā Adiuuabit eā
deus J in seculi aduersitate laborātez
Mane J.i. ī pncipio cōuersiōis et bo
ne opatiōis. et hoc Diluculo J.i. ꝑ il
luminationē spūsāti Sequit de cō
uersiōe gētū. per quā cītas eccie est
impleta Vnde dicit O onturbate st
gētes J salubri conturbatiōe. et apo
stolor pīdicatiōe. et miraculor opati
one ⁊ inclinata st regna J.i. reges ⁊
populi gētū inclinati et hūiliati sūt
ad adorādū christū sub iugo fidei Ve
dit vocē suā J.i. pdicationē suā ꝑ ora
apostolor Dier ⁊ cōmota ē tra J
.i. gētilitas mota ē et ꝑuersa ad fidez
chri O ñs ꝗtutuz J.i. āgelor Nobi
scū J q ꝑ assūptionem carnis pticeps
fact' ē nobis Ideo dicitur emanuel
hoc ē: nobiscū de' Susceptor noster
J carnē ꝑ nobis suscipiēs. q ē Deus
iacob J Hu .i. iumoris populi. s. chri
stiāi ꝑ iacob significati. ex eo q vitia
supplātare nō cessat Nā iacob suplā
tans inkptat Caf. Deide inuitat ꝑ
pheta populos videre magnalia dñi
saluatoris. que facta sunt tēpe īcarna
tiōis sue dicēs Hug Ite J passi
bus fidei Videte J.i. intelligite Opa

dñi. q̃ tẽpore sue incarnationis fecẽ
de quib⁹ subdit Que posuit pdigia
sup trã. i. mirabilia et insueta Cass.
Quãdo ꝗgo concepit Stella magis
apparuit. angelor chor⁹ nativitatẽ do
mini sui pdicavit. pacẽq; in orbe uni
uerso edidit Unde subdit Auferens
bella vsq; ad finẽ tre. Hier. Nã oia
bella in aduentu dñi quiescisse multo
rũ narrat historia Cass. Quod non
humanis viribus. sz chr̃i dñi corpali
pseẽtia pbat effectũ Arcũ cõteret ⁊
cõfringet arma et scuta cõburet igni.
Aug. Acsi dicat tãta pax erit in ad
uẽtu chr̃i. q̃ vsq⁹ isto. p ñ magis ẽit in
tra. veluti si esset ptr ita pfracta ⁊ cõ
busta Gre. xxxvi. moraliũ. sz magis
intelligẽdũ ẽ dñz auferre spiralia bel
la ab eccia. vbi deus conterit arcum.
cũ occulta insidiãtiũ machiamẽta dis
soluit Arma cõfrigit cũ ea q̃ p̃ se ere
cta fuerãt patrocinia hũana pminuit.
Scuta igni cõburit quãdo peccãtiũ
mẽtes obstinata se duritia defenden
tes. ad patiẽtie et cõfessionis ardorẽ
spũsãcti calore succendit Cas. Ex
ue nos hõc rex armis diabolicis q̃b⁹
ñ defendimur sz gravamur ⁊ illo nos
spiritali gladio pcinge. q̃ nobis salu
tẽ cõferat et munimẽ. Aug. Ipe eĩ
auferta vobis diabolica bella: ⁊ cõ
minuit vitia. non vt ociosi sitis. sz vt
ei intẽdatis Unde ipe ĩ psona sua pa
sequẽt loquit dicẽs Vacate. deo et
nõ seculo. et videte. intelligendo.
Hie. qm̃ ego sũ deus. qui vos redi
mã et dimittã peccata vra Gre. v.
moraliũ Vacãt deo qui ẽ renat actio
nũ strepitus p diuio amore inẽmittẽ
do postponũt. ne dũ ima indesinẽter
occupãt. cor fũdit⁹ a sumis cadat Sci
unt eĩ sancti viri q̃ neq̃q; mẽs ad su
pna attollitur: si curar tumultib⁹ cõ
tinue occupat Qui deo vacare negli
git: suo sibi iudicio lumen eius visio
nis abscondit Qui ergo temporalib⁹
rebus occupantur tunc bene exteri/
ora disponunt. quãdo sollicite ad in/
teriora refugiunt: cũ nequaq; pertur
bationũ foras strepitus diligunt. sed
apud semetipos intus in trãquillita
tis sinu requiescũt. praue enĩ mẽtes
tẽpaliũ rerũ tumult⁹ itra semet ipas
versare nõ cessãt cũ vacant et ociose
sũt. In cogitatiõe enĩ seruãt depicta
q̃ amãt Et q̃uis nil exterius faciãt.
apud semet ipos tamen sub pondere
inquiete quietis elaborãt. q̃b⁹ si earũ
dem rerũ amministratio p̃beat. semet
ipos fundit⁹ deserũt. et fugitiua hec
tẽporalia p itẽtionis cursuz cõtinu
is cogitationũ passibus sequuntur.
pie ãt mẽtes hec cũ desũt ñ querũt.
et grauiter cum assunt ferũt. q̃ exte/
rior curas a se exire pertimescunt.
Hie. Vacate ergo vt me cognosca
tis. et ñ ĩ aliud perturbemini Exalta
bor in gẽtibus. Aug. quando cõuer
tentur ad fidẽ. ⁊ postq̃q; plenitudo
gẽtiũ intrauerit Exaltabor in terra.
id ẽ. in iudea. vt oẽs dicãt q̃d sequi/
tur Dominus virtutũ nobiscum: su
sceptor noster deus iacob. Cass.
Deus autẽ iacob ideo frequẽter ap/
ponitur. vt chr̃istiani populi victoria
declaret. qui licet sit tẽpe posterior:
primũ tamẽ populũ scz iudaicum fi/
deli deuotiõe trãscẽdit Aug: Illo
rũ p̃cipue chr̃ianor suscepto ẽ dñs
q̃ ꝗ luctãt p̃ tẽtationes: ⁊ vitia suppla
tãt. q̃b⁹ p⁹pugnã p̃ntis vite pfẽo dicz
illꝰ q̃d dẽm ẽ iacob geñ. xxi. Nõ vo
cabẽis vlt iacob sz isrl̃ẽit nomẽ tuũ:
. i. ãpli⁹ ñ erit. ĩ lucta. sz ĩ victoria coro
nati. ꝗ cerẽo vidꝰbit. deũ facie ad faciẽ
ĩ vita ẽna. ad quã nos pducat ipe cu
ius grã victoẽs sum⁹. dñs nr̃ ies⁹ chri
st⁹. cui ẽ hõr ⁊ gl̃a ĩ scl̃a scl̃or. Amẽ.

## Omnes gentes

Titulus In finem pro filijs

chore. Et patet ex quinque titulis psalmorum immediate predictorum. Hugo. Gentes quas in precedenti psalmo vocauit ad fidem iā cōuersas: in ⁊ ps ī psona apostolorū mutat ad laudē christi dicēs

O ēs gētes. q̄ recepistis bñficiū grē dei Hiero. plaudite. i. laudate deū nō solū voce sed māib⁹. i. bonis operib⁹ Cass. Plaudūt manib⁹ q̄ elēdsynas facūt: q̄ egrotis miseri cordit seruiūt ⁊ mādatū dei adiplēt. Et ne solis talib⁹ gaudijs herēmus: addidit iubilate deo. Hie. In ipo corde et oīm mēbrorū officio exultate Jubil⁹ ē ineffabile gaudiū q̄d nec taceri pōt: nec litteris pōt hō cōphendere quātū deū debeat laudare. ī voce exultatiōis. Cass. significās psalmodiā q̄ deo ꝑ nois sui maiestate ꝑsoluit. ꝑfectissime cōmonēs vt ad laudē dei sic man⁹ pagat. quaten⁹ gloriaz ei⁹ hūana ligua nō taceat. decet ei vt ꝑcepta dñi sui et ligua canat et man⁹ opēt. Cōsequēt sbdit causas iubilādi et laudādi dicēs Q ōm dñs excels⁹. Hie. q̄ trāsēdit oēz itellectū creatūz ꝑ ꝑsequēs oēz laudē sibi oblatā ſm q̄ dī ecclesiast: xliij. Bñdicentes dñm: exaltate eū quātū potestis: maior ē ei oī laude. tribus. Cass. q̄ ipe indicatur⁹ ē mūdū. rex magn⁹ super oēz trā. sic ipe post resurrectionē suā dic. Data ē mihi oīs ptās ī celo et ī tra Hug. Subiecit ppl'os nobis. vox apostolorū est: q̄b⁹ sbiecti sūt ī eccia populi. ⁊ gētes. puersas ad fidez. sb pedib⁹ nostris. i. sb nra dñatiōe ⁊ regimīe. Mod⁹ ē loquendi sic vulgo dicim⁹ Iste tenz eū sb pede. i. dñat ei. Et ⁊ q̄dē nō idiscrete facit sz

E legit nos in hēditatē suā. i. sua dispōe discreta cōmisit nob eccīaz ex gētib⁹ ꝑgregatā habētē. spēm iacob quē dilexit. q̄ sic iacob dedit edulium lentis ꝑ ꝑmogenitura esau. vt hētur genes xxv. ita fidelis popul⁹ chrian⁹ largit trena vt bona celestia cōqrat. Sequit vox apostolorū ad gētes cōuersas dicēs Ascēdit deus. i. chrs ad celū. in iubilo. ⁊ ē: ī āmirabili exultatiōe Hier. quā āgeli habuerūt. dicētes. Tollite portas pncipes vras Jā redit victor ex plijs. et dñs ī voce tube. ī qua duo āgeli tēz tuba illo ascēdēte apostolis dixerūt Viri galilei quid āmirami Hic iesus qui assūpt⁹ ē a vobis: sic veniet quēadmodū vidistis eū eūtē ī celuz. vt mūd⁹ infirmus crederet q̄ talibus ꝑconijs psonaret. Hug. q̄ ergo dñs ascendit vt nobis locuz ꝑpararet sicut iubilauerūt apostoli ⁊ āgeli. sic et ꝑpheta. aut vox apostolorū monet nos ad laudādū creatorē ac redēptorē: dicēs Psallite deo nostro. dño iesu chrō bonis opibus ipsum laudādo. psallite regi nro psallite. Hier. Qui oppsso mortis dñatu. carnē cū q̄ iacuit in sepulcro eduxit ad celū Et bene dico psallite Omī. ipe chrs ē. rex oīs trē deus. nō solū ī iudea. sed ī omī terra fidei lumīe declarat⁹ ē Aug. psallite sapiēter. i. itelligēter vt ñ q̄ram⁹ sonū auris. sz lumē cordis Cas. Nēo enī quicēz sapiēter facit: q̄d nō itelligit Venerunt filij chore ad futuri seculi felicitatē ꝑpetuā. vbi iā dicūt dominū regnatuz. vñ sbdit Hie. Regnabit de⁹. i. christus. sup gētes. quas in hereditatē accepit a patre. sicut ī alio psalmo dicit Dabo tibi gētes ī hereditatē tuā Cass. Nam q̄ nūc et nūc regnēt. tunc tñ ꝑprie regnare dicitur: quādo ī suis fidelibus euidēti⁹ hītare mōstratur super omnes. gentes. hierusalem celestem significat. que ex omnibus nationib⁹ adunat. dñs sedz sup sedē scām suā. ad dexterā pīs regnās ꝑ scla sclorū.

Et intuere q̃ ipaz sedẽ scãz dic̃.ne ĩ
telligẽs a liqua ĩsensata aut ratione
carentia . sed virtutes et thronos
q̃b° ille gloriosi° r̃gnato: ĩsidz. Dõt
h ꝟ scis etiã itelligi Nã si q̃s habeat
beneficiũ bone cõuersationis.et ipe
fit sine dubio cella r̃galis. Qe si alti°
intẽdas totuz p̃ pfidos dicit̃. vt audi
ta christi ptãte succumbãt q̃ hũilitatẽ
eius putãt eẽ cõtẽnẽdã Principes
populoz J.i.q̃ pmi erãt de gẽtib° ve/
nerũt ad fidẽ.de q̃b° ille cẽturio erat
cui° fides cõmẽdat̃ ĩ euã° Lcõgregati
sũt cũ ꝟo abraã J.i.simul crediderũt
in christũ. qui ẽ de° abraã Hug. Ec
ce ipletũ ẽ q̃d dñs dic̃ Mat.iij. Po
tẽs ẽ ds ꝟ lapidib° istis suscitare filios
abrae Laf.q̃ expulsis ĩfidelib° iude/
is q̃ carne tm̃ ⁊ ñ opib° erãt filij.plẽ
tudinẽ gẽtiũ ĩtromisit ad illã pmissi
onis btitudinẽ possidẽdã quã pmi/
serat Abrae ⁊ semi ei° Filij ãt ipius
p scãz fidẽ facti sũt:q̃ carnis semie nõ
fuerũt. Vel pncipes populoz.i.aplꝰ
cõgregati sũt cũ deo abraã.i.cũ chzo
ad iudicãdũ ordẽ k̃raz Dic ei et dñs
ĩ euã° ait Cũ sedẽit filius homis ĩ sede
maiestatis sue sedebitis ⁊ vos sup se
des duodeciz iudicãtes .xij.trib° isr̃l
Lqm̃ J.ipi aplꝰ dicũt̃ Ldij J.p grãz Hu
Lfortes k̃re J.i.fortes ĩ fide Lvehemẽ
ter eleuati sũt J signis ⁊ ꝟtutib° vel in
dei q̃ dicũt̃ dij Juẽ illꝰ Ego dixi dij
estis. Hier Eleuati sũt ĩ sr̃bia ⁊ r̃lictis
celestibus k̃rena cõcupierũt.q̃b° dõ.sic
hoies moriemi Isti a deo abrae vel
aplis ei° sũt iudicãdi. Nos ꝟo orem°
dñz vt deposito oi tumore supbie ita
illi pũgamur ĩ h scl̃o.vt in iudicio a
sinistra pte disiũcti.ñ iuẽiat ĩ nob q̃d
dãnet ĩ pena.sz q̃d pietate multiplici
puchat ad coronã.q̃ ẽ b.ĩ se.se Amẽ

# Magnus dõinus

et laudabilis nimis ĩ ciuitate
dei. Titulus Laff. Psalmus cãti
ci filijs chore ĩ scꝯa sabbi Sabbatũ ẽ
q̃d popul° iudoz obseruare videbat̃
Hu. prima sabbati h ẽ pma die p°
sabbatũ dñs r̃surrexit. Cũ ps°.xxiij
pponit̃ talis titul°. Psalm° dꝯ pma
sabbati.q̃ ĩ eo agit̃ ꝟ dñi r̃surrectiõe
Hie. Secũda ꝟo sabbati ei° eccia ca
tholica fũdata ẽ ĩ fide.q̃ dixit dñs.
Et sup hanc petrã edificabo eccĩam
meã Hug.q̃ p° resurrectionẽ suã q̃t
scꝯa die fũdauit eccĩaz suã p aposto/
loz p̃dicationẽ q̃ dõ fũdamẽtũ fidei.
vnde sẽsus tituli talis ẽ.psalm° iste q̃
ẽ cãtici laudis dine ĩ q̃ describit̃ can
tilena laudãdi deũ.cãtatur filijs cho
re .i. veris christianis imitatoribus
christi.p his q̃ facta sũt in secũda sab
bati videlz p fũdatiõe eccie Patẽta
ꝟo hui° psalmi ẽ laus dei p constitu
tiõe et fundatiõe ecclesie q̃ ẽ ciuitas
summi regis Propheta ergo cõmẽ/
dãs ciuitatẽ hãc pmo laudat eã a di
gnitate cõditoris:dicẽs Laff.

Magnus dñs J.q̃ potenter omia
facit Let laudabilis J.q̃ pulcre et
mire oia fecit Lnimis J.i. sine termio
et fine Lĩ cĩtate dei nostri J.i.in sancta
ecclesia.ĩ q̃ fideles q̃i ciues vniunt̃ ĩ
fide ⁊ charitate Et ne dubitares v/
bi eẽt pdẽta eccia cõstituta:intulit Lĩ
mõte sancto ei° J Nõs christus dñs
ẽ q̃ fundamẽtũ ⁊ culmẽ est eccie sue
Iste mõs sanct° ẽ de quo Daniel p
pheta ait Creuit lapis et fact° ẽ mõs.
ita vt impleret vniuersã faciẽ terre.
Et ne crederes p̃dictũ mõtẽ localez
ostendit eũ amplissimũ dicẽs. Fun/
datur J in fide catholica p christum ⁊
apostolos Lexultatiõe vniuerse terre/
J Hu .i. ad exultationẽ credẽtiũ in
in orbe terrarum.q̃ sicut dicit̃ actuũ
xiij. Audiẽtes gẽtes gauisi sũt ⁊ glo
rificabãt ꝟbũ dñi Et crediderũt q̃t/
quot erant p̃ordinati ad vitã eternã

Ex quibus ãt fũdata ē eccĩa psequē
tes ont. cũ sbiũgit [mõs syõ] .i. popu
lus iudaicus [latera aquilõis] .i. po
pulus gẽtilis quē diabolus tenebat
p idolatriã captiuũ. q̃d Isa. q̃z testat
qui dixisse diabolũ denunciat dicẽs.
Sedebo ĩ mõte testamẽti ĩ latẽibus
aquilõis. hi st [ciuitas regis magni]
q̃ ex his duob' pplis collecta ē ciui
tas q̃ ē eccĩa vniuersalis Idē Hier.
et August. Et sicut ĩ vna citate sunt
multe dom' sic ĩ vniuersali eccĩa mul
te pticulares ecclesie ĩ quibus ã fideli
b' laudat ds Vñ sbdit [O] eus ĩ do/
mibus eius] videlz citatis. .i. ĩ pticu
larib' ecclesijs [cognoscet] cõgniti
one fidei [cũ suscipiet eã] quasi dicat.
hãc cognitionẽ hẽbit a grã dei susci
piẽtis eã ĩ cura vt medicus. Quõ ãt
latera aquilõis cõcurrũt ad ecclam:
pñt ont dicẽs [O] ĩm ecce rges terre]
videlz tyrãni sapiẽtes terreni. q̃z re
gnũ erat ĩ cultu idolo' [ogregati sũt
et cõuenerũt ĩ vnũ] .i. ĩ vnã prauã vo
lũtatẽ: vt fideles affligerẽt et destru
erẽt. vel cõgregati sũt cũ fidelib' ĩ fi
de Hie. [et ꝓuenerũt ĩ vnũ] .i. in vnita
te eccie credẽtes ĩ vnũ lapidẽ sũmũ
angularẽ ĩ fũdamẽto fũdatuz [psi]
q̃z reges cõuersi [videntes] gloriã et
potẽtiã redẽptoris. et virtutes ap'lo'
[sic] ĩ opib' miraculo' [ãmirati sũt]
v tãtis ac talib' miraculis [ꝓturbati
sũt] p pccis suis [cõmoti sũt] hẽ ifi
delitate ad fidẽ Aug [trẽor] futuri
iudicij [apprehẽdit eos] ad agẽdã pe
nitẽtiam [Ibi] fuerũt [dolores] de
peccatis [vt pturiẽtis] q̃ sic mulier
pturiẽs filiũ parit. sic et dolor penitẽ
tis affert fructum salutis [ĩ spũ vehe
mẽti] Hier. [Cũ corpa coercere abstiꝰ
nẽtis ceperit] [cõteres] hũiliãdo [nã
ues tharsis] .i. supbiã et potẽtiã gẽ
tiũ. q̃ tharsis ĩ pncipio a nauigatiõe
negociato' supba ac pcellẽs facta ē

Ido hic cõpanꝭ huic nauigio. q̃ ĩ h'
seculi fluctibus circũferũt oi vento
luxurie atq̃ vãitatis Mic. Iuꝗ ifra
tres reges cõgregati sũt. et ꝓuenerũt
adorare dominũ chrm. Et videntes
stellã admirati sũt. de q̃z aduẽtu he
rodes et iudei cõturbati sũt et cõmo
ti sũt. sicut dicit Mat. ij. Audiẽs rex
herodes turbatus ē et oĩs hierosoly
ma cũ illo: tremor appẽdit eos. eo
q̃ herodes timuit pdere regnũ suũ.
q̃ ex hoc iteri' torq̃bat Et cũ illus'
ẽt a magis ac faceret occidẽ ikãtes.
tẽ ibi fuerũt dolores matrũ vt pturi
ẽtis de occisiõe filio' suo' Et hero
des cõpto q̃ tres reges redissẽt ĩ pa
triã suam p naues tharsis. fecit ipas
naues [ĩ spũ vehemẽti] .i. ĩ magna
ira cõfringi et cõburi. Nã ĩ trãslatiõe
hebraica sic habet In spũ vredis Et
dicit ab vro vris vrẽ. .i. in spũ cõbu/
stiõis. vt hẽt ĩ scolastica historia Et
ibidem dicitur q̃ tunc fuit adimple/
ta ꝓphetia ista Idẽ Cassiod. De/
cursis oĩbus q̃ facta fuerũt in natitate
dñi saluatoris. sequit digna cõclusio
ita fuisse visũ. sic ãtea fuerat ꝓpheta/
tũ Vñ dicit [O] icut audiuim' ĩ ꝓphe
tis [sic vidimus] adimpletũ ĩ aduẽtu
christi [in ciuitate dñi virtutũ] h ē: in
sca eccĩa militãte. quã christ' dñs ãge
lo' possidet et tuet Cass [ĩ ciuitate
dei nostri] Repetit vt eccĩaz catho
licã solã intelligeres. ne sibi h nomẽ
hereticor' cõuẽticula vẽdicarẽt. Et
ne istã ciuitatẽ dei tpalẽ itelligẽs: ad
dit [de' fũdauit eã ĩ eternũ] Aug. q̃si
dicat. eccĩa ñ trãsferẽt sic synagoga. q̃
ei ē militãs eccĩa. eadẽ erit triũphãs.
Vel anagogice põt eẽ vox eo' q̃ cũ
moriuntur ad celũ trãseũt Dicũt ei. sic
audiuim' p fidẽ. q̃ sic dĩ ad rõs. x. Fi
des ē ex auditu. sic vidim' p rmũera
tiõez. ĩ citate dñi virtutũ. .i. ĩ illo rg' ce
lesti Col. Vñ legit v duob' mõchis

magne deuotiōis sibi iuicē pollicēti
b⁹ vt q̄s eo⁹ pm⁹ obiret altēi supstiti
nūciaret de gaudijs illi⁹ r̄gni celestis
quib⁹ aīe fideles fruunt. Vnde spūs
primi decedētis redīēs alteri aiebat.
Sic audiui sic vidi ī cītate dñi ꝓtutū
ī cītate dei nr̄i. ¶ Sequit de aduentu
dñi saluatoris grās agēdo ei q̄ ꝓ no
bis vēit īcarnari Caſ. Vñ fideles
christiāi qui ei⁹ pcepta st̄ secuti: dicūt
Suscepim⁹ Jo. de⁹ mīaz tuā .i. do/
minū christū q̄ peūti mūdo misert⁹ ē.
aptū nomē vt mīa vocarē q̄ z salua
tor vē dī. ī medio tēpli tui. h̄ ipletū
fuit qñ chr̄is fuit a scissima mr̄e sua ī
synagoga illa iudeo⁹ pñtatus. sz illo
pplo iudeo⁹ ñ credēte: vocate gētes
mīe munēa pcepert. In medio tēpli
dēm ē: vt ñ credētiū ī ꝓbitas gui⁹ ar
guat. q̄ ꝓtēpsert seq̄ quē ī medio eo⁹
stat eē ꝓspēz. Mic. Sicōm nomē
tuū .i. fm magnitudinē nois tui q̄ ē
īfinita. sit et laus tua in fines tre. ¶
Caſſ. Acsi dicat. Sic ī toto orbe ter
ra⁹ ruerētia tui nois dilatat. Ita z ī
eccia q̄ ꝓ totū mūdū distē dit deuotō
tibi laudis offert. iusticia plena ē de
xtera tua. Per dexterā significat lo
cū vbi iusti st̄ collocādi. Plena est de
xtera ei⁹ iusticia q̄ ī illā ꝓtē r̄cipiunt.
q̄ ipius munē iusti eē meruert. Idez
Aug⁹. et Hiero. Letet mōs syon.
.i. eccia catholica q̄ ī speculatiōe ꝓpli
noscit cōstituta. Mā syon speculatio
īterptat. z exultēt filie iude. Aug.
Oēs filij cōfessiōis filij iude st̄. q̄ in
das ꝓfessio intēptat. Causā sbiūgit di/
cēs. ꝓt iudicia tua dñe. Hier. h̄ ē:
ꝓt iudicia tua occulta. q̄ reprobati
st̄ iudei. et electi st̄ gētes ī fide. Aug
Vñ apl's ad rōnos. xi. ait. O altitudo
diuitiaz sapiētie z scie dei: q̄ occulta
st̄ iudicia tua. et īuestigabiles vie tue
Circūdate syō .i. defēdite eccia in
credulitate vīa. et ꝓplectimī eā. in
charitate. narrate. h̄ ē: ꝓdicate ī tur
rib⁹ ei⁹. laudē et gl'az chr̄i. Turres st̄
ꝓncipes eccie. q̄ sic turris fortis ē et
vndiq̄ speculat. sicz sci fortes specu
latores debēt eē ī genē hūano. Caſſ
vt a religioso sermōe cessare ñ debe
ānt: q̄ scis ordib⁹ obsecūdānt. Ponite
corda vīa ī ꝓtute ei⁹. Hie. ne sepa
remī a charitate quā docuit. q̄ eccie p
lati nō solū pdicāt. sz h̄ etiā ope hñt
implē. et distribuite domos ei⁹ .i. o
vos doctores eccia⁹ distribuite gra
d⁹ ordiationū cānōce et scē. ñ pmis
corrupti. ñ ꝓsona⁹ acceptinoe p adu
lationē dilapsi. Caſ. Distribuit ā
grad⁹ eccie. q̄ officia ei⁹ distincta ordi
tiōe disposuit. Sūt ei ī illa lectores. sb
diacōi. diacōi. pbyteri. epi. Et q̄uis
vna sit eccia. officia tñ ꝓtinz hō⁹ va
rietate distincta. cū addit. vt enarret.
Ipdicādo magnalia di. ī pgēie altēa.
Hier. .i. nō solū his q̄ credūt. sz his
q̄ credituri st̄. Et q̄d īquit: enarrem⁹?
Caſſ. Q ñ h̄. videlz chr̄is dñs qui
carnalib⁹ oculis dignat⁹ ē apparē. Hic:
ē ꝓnomē articulare. Aug. ē dñs
de⁹ nr̄. q̄ nos creauit et r̄demit. Ita
tio h̄ nois ē nota ꝓfirmatiōis. Mic.
Et dic nr̄: q̄ ipe dedit se nob ñ solū
ī pñti ꝓ gr̄az. sed etiā ī futuro ꝓ gl'az
Ido seqt. ī eternū et ī sclz sclī. Caſſ.
Ergo deū īmōrlē sēpiternū. sñ fine po
tētissimū chr̄m dñm asserūt pdicādū.
q̄ ī se credētes iugit ꝓtegit ac defen
dit. vñ sbdit. ipe r̄get nos ī scl'a. Re
git vtiq̄ nos ne cadam⁹. Hier. Ipe
ei lubricos z tortuosos gressⁿ nr̄os di
rexit ī se. q̄ ē via pacis. et pax nr̄e sa/
lutis. Cassio. Quanta tibi o bo/
ne rex cura est hominum. quibus tā
multiplicem medicinam dignaris in
gerere visionū. Nō vis semel dicē q̄
hūanitatē ñ pateris ignorare. vndiq̄
āmones. vndiq̄ doces. et fidēnr̄az ī
troductas plōas clamare facis vt lo/

cus ignorātie fūdit⁹ videatur abscidi
Merito scūs tuus Job dic̄. Quid fa
ciā tibi O custos hoīm? Tu pstas qd
nos mereri posse nescim⁹ Col. Du
rigam⁹ igit charissimi aīm ad illā sup
nā dñi ꝓtutē ciuitatē. vbi innumera
biliū scōr exercitus tāto letior exul
tat quāto ꝗ durius existit afflict⁹ La
borem⁹ illic puenire vt qd ꝗ audiui
mus. ibi aliqn mēamur videre. quō il
la celestis ciuitas ptitiua fruit leticia.
vbi hymnidici āgelor chori et socie
tas supnor ciuiū vicissim de se oēs
gratulant. ad illā ciuitatis dei iocūdi
tatē auida deuotiōe ꝓperem⁹. ad cōt
ēplādū desiderabilē dñi nostri aspe
ctū. vt eū quē pnūtis peregrinationis
regē ac ducē hēm⁹: etiā post h⁹ vite
fmitū pncipē hēam⁹ ac leticie largi
torē. Qui cum pīe et spūscō viuit et
regnat ī secula seculor Amē

# Audite hec oēs.

gētes Titulus In finē filijs
chore ps. Cass. Tituli huius ꝗbaC
sic sepe dictū ē. Ducta trahūt ad dñm
saluatorē Ipe eī ī fine signat. et p fili
os chore itelligit. et p psalmū sine du
bio denūciat vt ꝗ titulis pdictorum
psalmor sufficiēt ē dictū. vt merito
ipius vocē vēturā eē sētiam⁹. cuius
tot indicijs laudabilis fmo pmittit
Aug Oia dīna cloqa salubria st bñ
intelligētib⁹: piculosa vo his q ea vo
lūt ad sui cordis puersitatē torquere.
poti⁹ q̄ suū cor ad eor rēitudinē cor
rigē Hec ē eī ī hoīb⁹ magna et vsita
ta puersitas. q cū debeāt viuē fmvo
lūtatē dei. deū volūt viuere fm volū
tatē suā Et eū ipi nolūt corrigi. illuz
volūt deprauari. rectū nō arbitrātes
q̄d ille vult. ꝫ q̄d ipi volūt Volem⁹
āt audiē hoīes murmurātes aduers⁹
deū: q malis bene sit ī hac vita. ⁊ bōi
laborēt. q̄i de⁹ puers⁹ sit ⁊ nesciat q̄d a
gat aut oīno auertit oculos suos a re
b⁹ hūanis Murmurāt ꝗ hoīes q ꝓ
rēa volūt colē deū vt ꝗ illis bñ sit. qñ
viderīt eos q deū ñ colūt pollē atq
florē felicitate trēa. se āt deū colētes
laborare ī angustia: ī necessitatib⁹. in
erūna. cetēisq difficultatib⁹ mortalita
tis hūane Cōt istā vocē ⁊ p̄ has blas
phemias murmurātiū cātat fmo di
uin⁹ Dic Elel spūsscūs ī psōa pdi
cator hūc psalmū. eo q doceat mū
di diuitias cū vanis hōrib⁹ spernen
das: cauē das q ctiaz fpētis astutias
q hoīb⁹ pdictis cogitatiōes immittit
īsanas In pmis itaq oēz orbē ad au
diēdū dei ꝗbū instant pmonet dicēs
Audite ꝗ oēs gētes vos oēs q
gētilit. i. bestialit viuitis Auri
b⁹ cordis qb⁹ de⁹ audit Capite. i.
itelligite q hītatis orbē Cass. p ꝗ
q dicit q hītatis orbē: accipim⁹ chu
stianos et iustos q norūt orbē trarū
sic eē hītādū. vt ī ei⁹ sceleratis ñ ipli
cēt errorib⁹ Quicq trigene. i. pccō
res q vitia trēa sectāt ⁊ filij hoīm
vos bōi ⁊ rōnales q seqmī filiū hois
simul ī vnū diues ⁊ paup diues p
tiet ad trigenā q inumerosis pccis p
bat opulent⁹ Pauper rspicit ad filios
hoīm q ābitu h⁹ sclī pauper st. vt fu
turas dītias plēissime psequāt sic in
eua⁹ dic̄. Bti pauper spū qm ipor ē
fgnū celor Aug. Quid p ista voluit
significāt. nisi q cloqa q dictur⁹ ē au
dituri erāt ñ solū pccores ⁊ ipij. ꝫ eti
az iusti pmixto mō audiūt oēs. ꝫ cuz
vētū fuerit ad ddēdā rōem. separabūt
q sine causa audierīt. ab illis q aurib⁹
pcepeīt. oēs ꝗ simul ī vnū audiāt do
cētē. ne segregati ab invicē audiāt in
dicātē Et quid ē q̄d nūc auditurī st?
Cass. Os meum loquetur sapiētiā
Jq ptinet ad mysteria diuina declarā
da. q absconditur insipiētibus huius
seculi et reuelata ē paulis Et medita

tio cordis mei prudentiā. Que pertinet
ad mores probabiles instruēdos. Sic
ois sermo diuinus duabus his virtu/
tibus plenissimus iudicatur. Aug.
Dixit enim meditatio cordis mei: ne
forte intelligeres eū tibi loqui. q̄ ē la/
bijs haberēt sapiētiam. Multi enī in
labijs habent et in corde nō habent.
de q̄bus scriptura dicit. Popul' iste
labijs me honorat. cor autē eorū lōge
ē a me. Hug. Sapiētia enī pertinet ē
i corde et ore. prudētia vero i ope. Vñ
moraliter reprehenduntur illi q̄ cogi/
tāt et loquūtur multa bona ⁊ nil faci/
unt operādo. Cass. Postq̄ virtu/
tem eloquētie suē mirabilis p̄dicator
duob' dixit insignibus contineri nūc
quemadmodū p̄cepta sua possint ab
humano genere suscipi aureū inclīa/
turū se esse p̄misit. vt cognosceret si
p̄dicationē eius populus deuot' im/
pleret. Vñ dicit. Inclinabo i pabo
lam aurē meā. Parabola ē sermo ex
ponēs similitudines rerū. videlicet cū per
vineā intelligat ecclesia: quasi dicat.
Hic. applicabo intellectū meum ad
intelligendū verba legis et prophetarū:
q̄ frequēter sunt parabolica, et tūc pote
ro lucide tradere ea alijs. Idō subdit.
Hug. Aperiam. i. lucide tradam. L
in psalterio. i. operatiōe a psaltin di
ctū quod ē tāgere. Proēm meā. i. il
lud quod i corde pono. Et ē sensus.
factis ostendā que dico. Deinde inci
pit narrare q̄ p̄misit se dictur. Et p/
mo de pena malorū que a timore inci
pit: dicit i p̄sona generalis hoīs. Cur
timebo i die mala? Hoc ē: in die iudi
cij. Sic nōne dñs in nocte veniet. sm
illud mathei. xxv. Media autē nocte
clamor fact' ē. Ecce sponsus venit. sic
iudicij dies dicitur dies p̄ter mānifes
stationē operū. que nuda et apta sūt
oculis dei. vt dicitur p̄ma ad chor. v.
Facta q̄stiōe respondet in p̄sona ma
lorū dicens. Ideo timēdū ē mihi. q̄ L
iniq̄tas calcanei mei circūdabit me.
Calcaneus ē extrema pars homis. ⁊
notat finē vite eius. i. mortē i qua ini
quitas. i. pena p̄ iniq̄tate circūdat ho
minē. hūc ei iniq̄tas calcanei circun/
dat. qui extrema vite sue claudit fine
scelerato. quod reprobis p̄rigere solet
De q̄bus subditur. Qui confidūt in
virtute sua. Hic. Circa q̄d sciēdū ē
q̄ iniq̄tas circūdat ipsū: p̄p̄t quā i iu/
ditio p̄dēnabit. Ex duob' principaliter
oritur. s. ex p̄ñtis p̄spitatis inordīato
appetitu. et ex future felicitatis p̄tem
ptu. Circa p̄mū dr. q̄ p̄fidūt. i. fiduciā
et fidē ponūt i virtute sua. i. i p̄āte tē
porali i se ⁊ i amicis suis. ⁊ in multitu
dīe diuitiarū suarū gloriātur. tēq̄ i sū/
mo bono: ⁊ p̄ p̄sequēs i abyssū pcō/
rū labunt. tēq̄ circūdati calcaneo iniq̄
tatis. Cass. Nōē ē eiūt tales timeant
finē. q̄ ⁊ de re mūdana misereri nolūt.
et pccorū suorū penas cōscia teste for/
midāt. Hug. q̄s oñt eē deceptos di.
Frater ñ redimit. Hic. q̄ nullus ab
illa sententia extreme dānatiōis. videlicet
re maledicti i ignē eternū potēit fr̄ dimi
p̄ce vel p̄cio fr̄is vel amicorū suorū. sm q̄
dr puer. vi. Zel' ⁊ furor viri ñ p̄cet i
die vindicte. nec adq̄escit cuiusq̄ p̄ciis.
nec recipiet p redēptiōe plurima. De
q̄ Redimet hō? Hic legit interrogatīe.
q̄si dicat. Ipse pccor potēit ne seipsū re
dimē. q̄i dicat ñ. q̄ i iferno nulla ē re/
dēptio. Idō seq̄t. Ñ dabit dō placati/
onē suā. i. sacrificiū vel oblatiōes suā
p pccis suis. vñ sibi placet dō. Et p/
ciū redēptiōis aīe sue. Sicut ñ potēit
dare. q̄ ēit ex statū mēndi: p̄p̄t q̄d seq̄t
Et laborabit i eternū. Si tormētis ppe
tuis posit'. Et viuet adhuc i finē. vt
semper sentiet penas que a moriētib'
sentitur. propter quod dicitur apoc.
nono. In dieb' illis q̄rent hoīes mor
tē: et nō inueniēt eā. et desiderabunt

mori et fugiet mors ab eis Et h̄ mō
exponit Hier. passum istū Nō vide
bit. Ad intelligentiam cuius scie dū
est Hier. q̄ si amator mūdi viderit
hominē sapiētē ī deo de h̄ mūdo mi/
grare: dicit Quid huic iciunia: q̄d ca/
stitas: quid elemosyne p̄fuerunt. non
ne ipe mortuus ē Vi. Quia igitur
mundani homines videt iustos ⁊ in/
iustos. sapientes et stultos simul mō
mori. reputāt q̄ non sit alia vita post
mortem in qua iusti premiētur ⁊ stul
ti puniantur. et hec ē occasio curren/
di ad vicia sine freno Vnde in p̄sōa
taliūm dicitur sapiē. ij. Ex nihilo na/
ti sumus. et post hec erimus tāq̄ si
non fuerimus Et postea concluditur
Venite ergo et fruamur bonis que
sunt. et subditur. Nullū p̄atū sit q̄d
nō pertrāseat luxuria nostra Et per
consequens tales ponunt finē suum
vltimum in vita sua. nec post mortem
q̄runt aliud nisi q̄ remaneāt ī homi/
num memoria. sed per talia deueniūt
ad pēnā inferni Igitur fm istā sniam
dicit sic nō videbit Vu .i. nō cre
det aut nō itelliget interitum gehē/
ne qui ē eternus. iuxta illud Ore.
Qui cor in presentibus figit: que se/
quuntur supplicia non attēdit. Vñ ī
cantico deutronomij dicitur. Vtinā
saperent et intelligerēt: ac nouissima
p̄uiderent Peruersi ergo nō p̄uidet
futurum dānatiōis interitum cū vi/
derit sapientes morientes Itē paliter.
vnde sap. vij. Vnus itroitus ē oīb̄
ad vitā ⁊ similis exitus: supple fm car
nem. sed multū dissimilis fm spiritū.
q̄ iustus trāsit ad gloriam. iustus ad
penam Vnde sbdit simul insipiens
Hie. qui dei noticiam h̄ē cōtem/
nit ō quo apostolus ait Qis ignorās
ignorabitur ⁊ stulti peribūt. Stul
tus vero ē qui ī diuitijs ⁊ nō in deo
sperat Et relinquent alienis diuiti/
as suas Aug. Ego discutio sensum
istum. q̄ inclino in parabolam aurem
meā. ⁊ video nō frustra sic loqui scri
pturā Video eī multos iniquos mo
ri. quibus successores sunt filij iniq̄
qui sunt filij alieni Omnes enim ini
quoq̄ siue filij. siue parentes. siue vici
ni in hoc alieni sūt. q̄ illis de suis di
uitijs subuenire nō possūt Quicunq̄
in tribulatione tibi subuenire nō pos
sunt: alieni a te facti sunt Frates eniz
illius diuitis sepulti ī inferno succes
sores diuitiarū suarū alieni fuerūt. q̄
in flāmis ei ardenti subuenire nō po
terāt. Aut eni. Habeo quīq̄ fratres:
vnū fratrē mihi nō feci q̄ iacebat ad
iannā meā Et tñ si ī aliquo p̄desse vi
dent Vñ sequitur ⁊ sepulcra eorum
dom̄ illoq̄ sūt ī quibus habitāt cor/
pora eoq̄ ī eternū .i. huius seculi. vs
q̄ ad resurrectionē Vel ideo dicunt
hic esse. Hie. eoq̄ perpetua habita
tio. q̄ nō resurgūt vt habeāt vitā et
nā. sed vt dānēt ī pena Mic. Ta
bernacula eoq̄ ī progenie et p̄gene
Faciunt eni magnas et sumptuosas
tumbas. que possunt p̄manere ī mul/
tis generationibus ad conseruādam
eoq̄ memoriam et famam Vñ adhuc
subditur vocauerūt noīa sua .i. de/
derunt causaz vt fama remaneret no
minuz eoq̄ in terris suis q̄ magis
curāt de fama: et in vita: et post vitaz
in terra p̄pria q̄q̄ aliena. Simile legit
secundi regū. x viij. de Absalon Vn
de dicitur Porro Absalon erexerat
sibi cum adhuc viueret titulū. i. statu
am q̄ est in valle regis Dixerat enim
Non habeo filium. et hoc monumen
tum noīs mei Et vocatur man̄ ab/
salon. vsq̄ ad hāc die. Huius causa
erroris subditur cuz dicit Homo cū
in honore esset Honor hois cōsistit
in hoc q̄ factus ē ad imaginez ōi. ca
pax ipius per cognitionē et amorem.

et sic ordinat ad bītudinē ekna: quā
hō carnalis [nō intellexit] se esse ad
imaginē dei formatū. Et iō [ppara
tus ē iumētis īsipiētib⁹] eo q⁹ eligat
vitā voluptuosam q̄ vocat vita be/
stialis. pmo Ethicor [et similis fact⁹
est illis] qr subtracto honore imagi/
nis dei pdicte: nō differt hō a brutis.
Vñ ⁊ in taliū carnalium psona dicit
eccastes iij. Un⁹ ē interit⁹ hoīm ⁊ iu
mentor: et eq̄ vtriusq̄ cōditio. sicut
morit hō sic ⁊ illa moriūtur: nec habz
aliq̄d hō iumēto āpli⁹ Hu. Assimi/
lat ei hō eq̄ p luxuriā: porco p gulosi
tatē: leoni p incōsideratā audaciam.
vulpi p dolositatē: viso p crudelita/
tē: ⁊ sic de singulis Mi. Hec via il/
lor [i. pgressus talis in vita pñti]
[scandalum ipsis] qr facit eos ruere de
pctō in pctm̄: vt dictū est [et postea ī
ore suo pplacebūt] qr iactāt se de tali
vita: tanq̄ assecuti felicitatē hui⁹ secu
li. Vaz laudat peccator in desideriis
aīe sue. ⁊ iniqu⁹ bñdicit. Sz qr nō vi
dent nec psiderāt penā sibi paratā p⁹
mortem. Ideo subdit Sicut oues
scz ducte ad occisionē ⁊ h̄ ignorātes.
sic isti [in inferno positi sūt] i. ponen
tur p⁹ mortē [mors depascet eos] i. s.
mors gehēne q̄ sp corrodit miseros:
sicut animalia herbas: vel sicut ver
mes corrodunt cadauera in sepulcro.
sic pena gehenne corrodet eos vt vi
uentes semp morianī: ⁊ moriēdo sp
viuāt in penis. Deīde oñdit q̄s finis
erit iustor⁹ di. Et dñabunt eor [i.
maloz [iusti in matutino] hoc ē post
dormitōez corpor ī resurrectiōe mor
tuor: qm̄ iudex veniēs ad iudiciū sua
claritate illustrabit oīa q̄ pus erāt in
nocte: qr tūc clare discernent pij ab ī/
pijs. Et isti videlz pij ī bītudie dñabi
bunt. Ideo subdit [et auxiliū eor]:
qd habebāt ab amicis carnalib⁹ i vita
pñti [veterascet ī inferno] qr totaliter
cessabit [a gloria eor] q̄ tūc eis ver/
tit in magnā pfusionez ⁊ penā. iuxta
illud apoca. xviij. Quātū glorificauit
et in delicijs fuit: tātū date illi tormē
tū ⁊ luctū. Sz qr iusti a talib⁹ erūt li
beri Ideo subdit Cerūtū de⁹ redi/
met aīam meam de manu inferi. i. de
ptāte diaboli [cū accepit me] de hac
mortali vita ad gloriā in ekna bītu/
dine. iuxta illud Joh. xvij. Iterū ve/
niā ⁊ accipiā vos ad me ipm: vt vbi
ego sum ⁊ vos sitis Hu. Si visur⁹
es hoīem malū ⁊ florētē: ⁊ dictur⁹ es
in aīa tua. De⁹ ego cognoui facta h⁹
hoīs. que scelera fecit iste hō Et ecce
florет: terret: dñat: et extollit: caput il
li nō dolet: nihil in domo ei⁹ diminu/
tū ē. Et timebis: et forte dicet cor tuū
Ne miserū puto. sine cā credidi. de⁹
nō respicit res humanas Excitat g⁹
de⁹ nos di. Ne timueris [q̄si miser ⁊
puat⁹ oīb⁹ bonis tpalib⁹] [cū diues fa
ctus fuerit hō] [viuēs carnalit ⁊ mū
dane] [⁊ cū multiplicata fuerit gloria
dom⁹ ei⁹] in diuitijs ⁊ in cognatis et
in ple ⁊ amicis Cass. Vlt q̄d dic glo
ria dom⁹ ei⁹? vt nō solū ipe. verūetiā
oēs q̄ ad ipm ptinent magna pompa
florere videant Hic. Sz q̄re isti nō
debeāt timē: cām subiūgit di. Quo/
niā cū interierit non sumet oīa. Imin⁹
ei dicit: et pl⁹ significat: scz q⁹ nihil su
met neq̄ tollet Hu. Vt sit negatio
vniuersalis: ⁊ nō vniuersalitas nega
ta [neq̄ descēdet cū eo gloria ei⁹] i.
pspitas vite pñtis Cass. Descēdē
mortuos pctores dicit q̄si in pfundis
simā foueā: ꝗ sine gloria seculari: sine
turba satellitū: sine presumptiōe gaza
rū: qm̄ nec valet aliud secū portare ni
si vnde possit ardē: q̄ deformē ī alia
pria respicies quē hic mūdissimū pre
ciosa veste mirabaris. Et merito nō
descēdet cū eo gloria ei⁹ Hu. Quia
aīa [sensualis] [ei⁹] scz diuitis florem

ris in hoc seculo [in vita ipius bñdicet.] i. pmendabit ab adulatoribꝰ: quī assistūt talibꝰ [Cass.] Et iter garrulitates ꝛ epulas pastoribꝰ suis bene operare pscuerūt. [Hie.] Bñdicit ergo a stultis ꝓter potētiā: ꝓter victꝰ ꝛ potꝰ affluētiā: q̄ sepe ꝓferūt nō de bñ. viuēte, sed de bñ pascēte sñiaz laudis. [Au.] Tu dicis q̄ māducauit ꝛ bibit q̄ fecit q̄d voluit: qm̄ splēdide ē epulatꝰ. Ideo secū fecit bñ. Ego dico: sec̄ū male fecit. Et tenī diues ille quādo q̄tidie epulabat splēdide: bñ sibi facē putabat. Cū aūt cepit ardere apd̄ iferos. tūc iuētū est male quod putabat bñ. Quod ei māducauerat apd̄ superbos: hoc digerebat apud iferos. iniquitatē dico quā ore cordis mādūcabat. ergo in vita bñdicet ꝛ i morte torquebit. [Hie.] [confitebit tibi.] o dñe pi te pmēdās ꝛ laudās. [cū bñfecerit ei.] i. cū operatꝰ fueris secū ad eꝰ lucrū tpale: vel hōrē: vel aliū silē. [Cas.] qui si aliq̄d ꝓtrariū patit. blasphemare ꝛ murmurare ñ desinit. Nos āt pio corde oī tpe collaudemꝰ dñm. q̄ salutē nrāz sp. in aduersis ꝛ i ꝓsperis operat. [Hie.] ꝛ [Introibit vsq̄ i pgenies pīm suoꝝ.] descēdēs cū eis ad infernū, sicut fuit imitatoꝝ paternoꝝ sceleꝝ. [Hiero.] Magis enim in diuitijs q̄ i deo speraūt: sicut omnes patres eiꝰ. Ideo de eo dī. Eijcite eū in tenebras exterioꝝ: ibi erit fletꝰ ꝛ stridoꝝ dētiū [Cass.] Patres ei ipsiꝰ appellauit nō tātū ex semine carnis q̄ntū q̄s moꝝ imitatōe secuti sunt. sic in euāgelio dicit incredulis Vos ex patre diabolo estis. Addidit [et vsq̄ i eternū nō videbit lumen.] qꝛ sic pctā tenebrosa sunt: ita pctōribꝰ lumē sapientie auferē. Et bene dixit in eternū nō videbit lumē [Hie.] Nā hic nō hꝫ lumē grē: neq̄ in futuro habebit lumē glorie [Au.] qꝛ et hic cū essꝫ i tenebris: erat gaudēs in falsis bonis et ñ amās vera bona. et ideo hinc ad tartaꝝ tbit: ꝛ a tenebris somniorꝝ excipient eū tenebre tormētorꝝ. Hꝫ q̄re hꝰ q̄ [Homo cū in honore essꝫ nō intellexit.] [Cass.] Nā q̄ius peccatoꝝ i honore sit dū viuit: tūc qꝛ portat dei imaginē. i. hꝫ rōnē fm quā debēt suo creatori obedire: recte dī dignitatē suaz nō intelligē. dū talia facit q̄ ab ipo creatore videnē oīo discrepare: ꝓt q̄d [ꝓparatꝰ est iumētis insipiētibꝰ ꝛ similis factꝰ est illis.] Postq̄ ei oia q̄ fuerūt dicēda pmonuit pulcerrimū pm repetita versuū partilitate cōclusit. vt se peccatoꝝ a malo ꝓposito remouēt: cū notatā deformitatē suā iterata increpatōe cognoscēt. Legendꝰ est igit sepe ps iste ꝛ in thesaurario memorie reponēdꝰ. qm̄ ipe in principio ammonet: vt cordis auribꝰ audiat. Ipse ei testat eiꝰ meritū: q̄ cum ab vniuersis mūdi ꝓtibꝰ monuit studiose audiēdū. totūq̄ ꝓtinet q̄cq̄d ad inspectiuā: q̄cq̄d ad moralē ꝓtinet disciplinaz: sicut supra pollicitꝰ ē dī. Os meū loquetur sapiētiā. ꝛ meditatio cordis mei prudētiā [Coll.] Discamꝰ igit fres chatissimi mores nros pponē: tpalia cūcta despicē: honorē trāseūtē cōtemnē: et eternaz gloriā amare. Ad hoc enī dñs dedit nobis intellectū vt mādatis eiꝰ obediamꝰ: pcepit ei vt amemꝰ celestia ꝛ ꝓtēnamꝰ terena: vnde dicit. Nolite diligere ea q̄ in mūdo sunt, ne cū ipo mūdo ꝛ pcupiscētijs eiꝰ peatis [Hie.] Depcemur q̄z deū: vt ipse nobis tribuat intellectū. q̄tenꝰ dū ea q̄ videnē ꝓtēnimꝰ. ad illa q̄ nō videntur bona videlicet celestia puenire mereamur: pstāte dño nro iesu xpo cui ē honor et gloria in secula seculoꝝ. Amen

Deus deoꝝ do-

Titulꝰ psalmi Asaph [Cas.]

Asaph fuit filiꝰ barachiel: q̃ ij. paralipo. vi. legit eiectꝰ inter q̃tuor cantorum magistros: vt instrumentis musicis psalmos dño psonaret. hic p̃ sui nois interpretatõe in hoc titulo meruit adhiberi. Asaph ei interpretat latine cõgregatio: q̃ nũc est in populis christianis. Et loquit in hoc psalmo de p̃mo et secũdo aduentu dñi chri. Psal. cũ iste discernit iustos ab iniustis: celestes a terrenis: scõs a pctõribꝰ p̃testat in q̃ p̃phetas nõ se locutuz sz ipm dominum pronunciat dicens.

Deus deorꝫ dñs locutꝰ est. Ui. Ad eiꝰ intellectũ sciendũ q̃ ĩ plurali dicit aliq̃ in scriptura dicunt p̃phete et sci hoies: q̃ pre alijs sũt participes dei tatis. et h mõ dicit ꝯ. Iterri. ps. Ego dixi dij estis et filij excelsi oẽs. Et fm q̃ exponit saluator. Joh. xi. ca. di. Illos dixit deos ad q̃s fmo dei factꝰ ẽ. Secũm hoc igit dicit Deus deorꝫ dñs. Iste q̃ est verꝰ deꝰ et dñs: deorũ. i. scõrꝫ p̃phetarꝫ: et apostolorꝫ dñs christꝰ: Licz ei sit dñs oim generalit p̃ creationẽ. tñ scõrꝫ hoim dñs est spialit in q̃ntũ obediũt ei: sicut fidelis seruꝰ domino suo locutꝰ ẽ. Iscz in hũanitate assumpta. Vnde ipse dixit Johis. viij. Principiũ q̃ et loquor vobis. et vocauit terrã ab ortu solis vsq̃ ad occasũ Deiꝰ. hic fm hebraicã veritatẽ est finis primi versus huius psalmi. et ẽ sensꝰ. q̃ vocauit habitantes in terra ab ortu solis vsq̃ ad occasuz: ad legẽ cuãgelicã p̃ se et p̃ apostolos q̃s misit ĩ mũdũ. fm q̃ dicit in ps. xviij: In omnẽ terrã exiuit sonꝰ eorꝫ: et ĩ fines orbis terre verba eorꝫ. ex sion species decoris eiꝰ. Cass. De hac ei vrbe apostoli exeũtes. spẽm decoris eius. i. hũanitatẽ christi dei: q̃ erat speciosa sine pctõ. ãnũciauerũt ĩ toto orbe terraꝫ Vt dictũ fuerat Isa. ij. De sion exibit lex. et verbũ dñi de hierlin Ui. q̃ doctrina legis cuãgelice inde veriuata est ad alias partes. Deus manifeste veniet. Hic agit de secũdo aduentu christi q̃n veniet ad iudiciũ: q̃ erit valde manifestꝰ: fm q̃ dicit saluator Math. xxiij. Sicut fulgur exit ab oriente et paret in occidẽte. ita erit aduentꝰ filij hois. vnde dicit Deꝰ manifeste veniet: q̃ christꝰ deꝰ in humana natura apparebit in iudicio: in q̃ fuit iudicatꝰ coram pilato: sicut scriptũ est in apoca. Et videbit eũ oĩs oculꝰ. Deꝰ noster. in quẽ nos christiani credimꝰ. Veniet. dico manifeste et nõ silebit. Augꝰ. Ipse silet mõ: q̃ patit q̃tidie pctõres mala facientes: et cum nõ curãtes Silet adhuc a iudicio: occultꝰ est ĩ celo: et adhuc inuitat p̃ nobis patrez patiẽs est sup pctõres: non exercens irã: ipsos ad pniam expectat. Vnde ipse Isa. xlij. ait Tacui. sp: silui: pacificus fui q̃si parturiẽs loq̃r Ipse enĩ veniẽs ad iudiciũ loquit q̃si parturiens in maxima asperitate et ira pctõribꝰ dicẽs Math. xxv. Ite maledicti ĩ ignẽ eternũ Quo autẽ aduentꝰ eiꝰ erit manifestꝰ. ostẽdit cũ subiũgit Ignis in p̃spectu eiꝰ ardescet Ui. Precedet enĩ eũ ignis materialis: q̃ p̃buret superficiẽ terre et aera q̃ntũ ascẽderunt pcta hominũ et fam idolatrie Hie. Ignis hic duplicẽ intelligit hic virtutẽ Illuminat ei et exurit: gaudeãt iusti: q̃ illuminabunt ab eo: timeant pctõres: q̃ exurẽdi sunt ab eo Ui. Hic ignis purgabit q̃cq̃d purgãdum inuenerit in bonis: inuoluet aũt malos et exurit: sicut ĩ alio ps. dicẽ Ignis ãte ipm precedet. et inflãmabit in circuitu inimicos eiꝰ Et in circuitu eiꝰ tẽpestas valida. Cass. Hec tempestas q̃ nõ vẽtis agit. nec p̃cellis seuit enub̃ excitat. Iudicatio dñi iudicat: q̃m et improuisa veniet. et disceptatio nẽ suã numia claritate raptabit: et erit

valida qz oē gen⁹ hominū ꝑ suis me
ritis momētanea celeritate discernet
sicut dicē apostol⁹. In momēto. i ictu
oculi in nouissima tuba Hie. Et se
parabit paleā a granis: malos a bōis
et q̄s ignis exurit: tēpestas inuoluit
Iu. Excutiat vnusq̄sq̄z cor suū. ⁊ vi
deat q̄d ibi fidei tencat. Si credimus
futurū iudiciū fres: bñ viuam⁹: tēp⁹
mīe nūc est: tēp⁹ iudicij tūc erit: ad qd
iudiciū dñs veniēs Aduocabit celū
de sursū ¶ Sl. Qd sic legit: dñs veni
ens de sursuz. i. a pīe aduocabit celuz
Hier. i. apostolos ⁊ oēs scōs q̄ de
spectis terrenis q̄ sursum sunt sapiunt
[⁊ terrā]. i. terrenos pctōres ¶ Hu.
aduocabit dico hos [discernē]. i. vt
ꝑ suā sniam discernat ⁊ diuidat [po
pulū suū]. scz bonos a malis Hie.
videlz vt celestes ponant ad dexterā.
et hi scz pctōres ad sinistrā collocen
tur: qb⁹ dictur⁹ ē in iudicio. Ite ma
ledicti in ignē ēternū: ⁊ ad scōs Ite in
vitā ēternā Cas. Et vide qz in primo
aduētu suo dñs indiscrete vocauerat
oēs. vt admoniti in hoc mūdo corri
gere debuissent. sicut in euāgelio dicē.
Et exierūt in exitus viaꝝ: ⁊ vocaue
rūt q̄s inuenerūt bonos ⁊ malos In
fine aūt mūdi aduocat oēs vt iustos
iaz discernat ab impijs: ne vlteri⁹ siē
hic ꝓfusis habitatōib⁹ misceant. De
inde eccia xpi verba facit ad angelos
q̄ ministerio suo ī fine seculi scōs de
vniuerso mūdo ꝓgregabūt: qb⁹ dicit.
Congregate ¶ o vos āgeli [illi] scz
chrō [scōs ei⁹] q̄ scūq̄z fideles [q̄]. vi
delz sci Hier. [ordināt]. i. ꝑdicāt et
īplēt [testamētū ei⁹]. scz nouū sup ve
tus. h̄ [sup sacrificia]. scz pecudum
Cass. Ordināt testamētū ei⁹ q̄ fecūt
ea q̄ ī testamēti serie cognouerūt: vt
hospitē suscipe: elemosynā dare: cha
ritati studē: h̄ eni sup̄ sacrificiū pecu
dū dño ꝓstat acceptū Hier. In his
eni miseratōib⁹ de⁹ sup oīb⁹ sacrificī
is delectat Hu. Et ānūciabūt celi
[.i. viri spūales] [iusticiā ei⁹]. q̄ discer
net bonos a malis: reddēs vnicui
q̄z fm q̄ meruit [qm̄ de⁹ iudex ē]. Si
ei pur⁹ hō iudex esz: posset falli vel
corrūpi. aut vinci: ⁊ sic īpedirē iusti
cia. Sz de⁹ ē iudex q̄ nec falli: nec cor
rūpi: nec supari poterit. Et qz supra
dixit ꝑba De⁹ deor dñs locut⁹ est
Cōseqnt declarat q̄d locut⁹ ē dicēs:
Audi. corde intelligendo [populē
me⁹]. quē elegi: cui legē dedi: a q̄ car
nē assumpsi [⁊ sic loq̄r israel]. Hi.
chrīs ei ī ꝑpria psona ꝑdicauit filijs
israel. etsi aliqn̄ alijs predicauit vt sa
maritanis: tn̄ hoc fuit ita raro q̄ q̄si
nihil reputat respectiue: ꝑter quod
Mat. xv. Nō sum miss⁹ nisi ad oues
q̄ perierūt dom⁹ israel [⁊ testificabor
tibi]. ¶ bis ⁊ factis q̄ [de⁹ de⁹ tu⁹ ego
sum]. Repetitio ista mētē solidat: ne
semel dicta leuia viderent: De⁹ sum
ꝑ oīpotētiā: tu⁹ vero ꝑ grām. Deita
tē aūt testificat⁹ est verbis Iob. x.
Ego ⁊ pr̄ vnū sum⁹: factis sepe testi
ficat⁹ ē se deū ēē. faciēdo miracula ꝑ
imperiū ꝑpria ptāte quod ē soli⁹ de
itatis Hug. Sz qz iudei dicē posset
qz de⁹ nr̄ es. Ideo offerre tibi debe
mus sacrificia: ad qd rñdet Non ī sa
crificijs tuis]. scz veteris testamenti
Hic. [arguā te]. tēq̄z reprehēsibilē si
omittantur: ⁊ h̄ a tpe passiōis mee. qz
vsz tūc offerēda erāt ex obediētia vi
[holocausta aūt tua ī ꝓspectu meo sē
sp]. Negatio q̄ ponit in ꝓncipio hui⁹
versus scz nō: etiā ī ista clausula ītel
ligit: ⁊ est sensus: holocausta tua non
sūt in ꝓspectu meo sp. i. de cetero nō
sūt mihi accepta. Et hoc mō loquit
scriptura in ps. ꝑcedēti vbi dr̄. Non
dabit deo placatōez suā: ⁊ pciū redē
ptōis aīe sue. subintelligit: simlit nō
dabit Non accipiā de domo tua vi

nē z occidit pisces eoz. Hec fuit pla
ga pma de q̄ legit Exo.vij. Ed vidit
terra eoz ranas. in tāta multitudīe:
q̄ intrabant oia loca z officinas egy/
ptioz Ulñ subdit. in penetralib⁹. .i.
in thalamis z in secretis locis. regū/
.i.pncipū z magnatū. ipsorum. Et
hec fuit plaga scda de q̄ habet Exo.
viij. Oxit z venit. qz dicere dei fa/
cere est. cynomia. .i.musca canina.tñ
cū hoc venerūt musce graues z di/
uersi generis. Et hec fuit plaga q̄rta
de q̄ habet exo.viij. Et cinifes. mu/
sce videlz minute q̄ atrocit mordent
theutonice muesie: gallice zinzalles:
et he musce venerūt. in oib⁹ finibus
eoz. Sequit Dosuit pluuias eorū
i grādinē:ignē pburentē. .i. flumina
. in tra ipsoz. Ista fuit septima pla
ga in q̄ grando z ignis mixta parit
ferebant exo.ix. Et pcussit vineas
eoz.z ficulneas eoz. p grandinē. Et
ptriuit lignū finiū eoz. Mu. tēpe/
state fluminū Oxit z venit locusta z
bruc⁹. Locusta est mater bruci Dici
tur ei locusta qñ volat: z bruc⁹ ātēq̄
volat. Et ponit numerū singularē p
plurali: z in hoc notat maiorē copiaz
Unde addit. cui⁹ nō erat numer⁹.
Mi. Ista fuit octaua plaga in q̄ fuit
corrosū qd remāserat ex igne z gran/
dine.exo.x. Ideo subdit Et cōedit
omne fenū terre eoz. et cōedit om
nē fructū terre eoz. Sequit de pla/
ga decima q̄ fuit interfectio pmogeni
toz tā hominū q̄z bestiarū Unde diē
Et pcussit omne pmogenitū in terra
eoz. videlz egyptiorū:z nō soluz p/
mogenita hominū z bestiarū: sz etiaz
fructuū Unde addit. pmitias oīs la
boris eoz. exo.xij. De q̄nta plaga et
sexta nō fit h mētio Notādū vero q̄
hic spūalit Mu.peccatores ātēq̄z ple
ne de egypto:hoc est:de vita crimino
sa educant:pcutiunt septē plagis in
corde q̄ in obscuritate pctōz captiui
detinent Prima plaga est cecitas mē
tis que p tenebras signat :qua cecita
te pctōres sic obscurant q̄ nō intelli
gūt vilitatē z pauitatē vite sue:hos
nō exacerbat sermo dei qz ipm nolūt
audire Alia plaga est amor secularis
vite q̄ notat cuz dicit: puertit aquas
eoz.i.diuitias in sanguinem.i: pctm.
Tertia plaga scz ranarū est q̄dā tu/
multⁿ vitiorū qui fit in corde pctōris
de quo psalmista Rugiebā a gemitu
cordis mei Quarta plaga scz musca/
rū pungentū est remorsus cōsciētie:
quo pungitur cor peccatoris vt ad
pniam pnertat Et sicut post plagaz
muscarū sequit q̄nta plaga grādinis
et ignis.sic post morsum pscie sequi/
tur ppūctio que cor peccatoris flagel
lat et vrit. Post hanc sequūtur opa
pnie.videlz:vigilie:abstinentie: ac di
scipline Sexta plaga sexta:hec sunt lo
custe q̄ ab austro gratie spūssancti ve
nūt.z pflant ortum peccatoris ad fa
ciendū fructū virtutū Talibus locu
stis vescebat Johis baptista in deser
to.sicut dicit Mat.iij. Post hoc seq/
tur septima plaga videlz mors pmo
genitoz.i.destructio pmoz motuum
carnaliū:et peccatorū exinde genera/
torū:quib⁹ p pniaz interfectis:homo
exit de egypto:z arripit iter ad terrā
pmissiōis:hoc est ad patriā celestem

cūctis fidelibus pmissam Enumera-
tis supra iuxta litterā septē plagis q/
bus egyptij sunt pcussi. pseqnt bona
enumerat q̄ de⁹ filijs israel fecit in ex
itu de egypto Primum est q̄ eduxit
eos de manib⁹ inimicoꝝ Secōm ē q̄
eduxit eos cum magnis diuitijs Ulñ
dicit Hu Et eduxit eos cū auro ⁊
argēto qꝛ de mādato dñi acceperūt
a vicinis vasa argentea ⁊ aurea: ⁊ sic
spoliauerūt egyptū exo. xij. Nō tñ in
hoc cōmiserūt furtū. qꝛ de mandato
dñi dei fuit eui⁹ sunt oīa. ⁊ etiaꝫ egy
ptij fraudauerūt eos in multis Cas:
Et ideo sine culpa videt factū: quod
ex dei impio pstat impletū Tertium
bñ ficiū fuit sanitas corporis. vñ dicē
Et non erat in tribub⁹ eoꝝ infirm⁹
Hi. Poca deo factū fuit. vt omnes
simul absq̄ īpedimento possent egre
di de egypto Letata est egypt⁹ ī p/
fectione eorū cui⁹ cā subdit cū dicit
Qꝛ incubuit timoꝝ eoꝝ super eos
Ex h ei q̄ oēs pmogeniti erāt subi/
to mortui: timebant oēs alij mori si
ampli⁹ filij israel in egypto morarent
sicut dicit exo. xij. Deinde ponit bñfi
cia q̄ de⁹ fecit populo israel in itinē:
postq̄ egressus est egyptuꝫ di. Expa/
dit nubē in ptectionē eoꝝ contra
solis estū Et ignez. i. columnam
ignis Vt luceret eis p noctem sicut
dicit exod xiij. Dñs aūt precedebat
eos ad ostendēdā viā p diē in colum
na nubis: et p noctē in colūna ignis:
vt dux essz itineris vtroq̄z tpe Dein
de describit miracula eis facta in de/
serto post exitum de egypto. qꝛ defi/
cientib⁹ cibarijs q̄ acceperant in egy
pto ceperūt murmurare dicētes Uti
nā mortui essem⁹ p manū dñi in egy/
pto: qñ sedebamus sup ollas carniū
et cōedebam⁹ panē in saturitate. vñ
dicit Petierūt sez maiores p mur/
mure minoꝝ Et venit coturnix id ē
multitudo coturnicū deuolātiū: sicut
dicit exo. xvij. venit musca grauissi
ma. i. multitudo muscaꝝ Coturnix ē
auis regia ⁊ mare p hyemē trāsmea/
re pseuent: sicut dicit Isidor⁹ Cass.
cui⁹ carnes tā in volatilib⁹ q̄ in q̄/
drupedib⁹ dulciores sunt Hu. Et
pane celi videz māna p ministeriuꝫ
angelorū veniens de aere. vel de celo
Saturauit eos sicut dicit Exo. xvi.
Deinde data est eis abūdantia aq̄ruꝫ
Unde subdit Irupit petrā ⁊ fluere
rūt aque qꝛ petra ad pceptū ei⁹ de/
dit aquas. vt habet numeri xx. Labi
erūt in sicco i. in deserto pt⁹ arido
Flumina i. larga fluēta de fonte ex/
eunte de petra a moyse pcussa Quo
niā memor fuit verbi sci sui q̄d habu
buit ad abraam puerū suū i. seruuꝫ
suū. q̄si dicat Ista beneficia fuerunt
populo collata: nō ꝓpter sua merita:
cū ipse popul⁹ essz rebellis ⁊ murmu
rans ꝓtra dñm. sz ꝓpter merita abrae
et ad implēdū pmissionez ei factam
gene. xxij. Deinde ponuntur bñficia
facta populo israel tpe iosue. qꝛ post
mortē moysi eduxit hūc populum de
deserto synai. ⁊ induxit in terrā pro/
missionis de mādato dñi. vt habetur
Josue. i. Ulñ dicit Et eduxit scilz
dñs populū suū sub ducatu Josue
in exultatione qꝛ multū fuit gaui/
sus popul⁹: qñ iordanis in suo transi
tu fuit desiccat⁹ Josue iij. Et electos
suos in letitia videz cordis Et de
dit illis regiōes gentiū videz terraꝫ
chanaan vbi pus habitabāt gentiles
vt diffuse habet in libro iosue Et la/
bores populoꝝ possederūt i. ciuita
tes edificatas laborib⁹ alioꝝ: et alia
bona aliorū laborib⁹ adq̄sita Ut cu/
stodiant iustificatiōes ei⁹ i. mādata
ei⁹ in lege tradita Et legē ei⁹ req̄rant
vt ex ea spūalē intellectum eliciāt.
Sciendum q̄ illa terra chanaan nō

erat pncipale premium p custodia legis diuine: sed pori⁹ possessio terrevi uentiū p illā pncipalit̃ itellecta Premiū enī pncipale est meli⁹ ope meritorio: opus aūt virtutis meli⁹ est simplicit̃ q̃ q̃cūq̃ possessio tpalis Hie. Et nos dñm depcemur vt deletis in nobis vitijs: ipe dux nr̃i fiat itineris. vt in eo iugit̃ exultātes in krā viuētiū mereamur induci. ⁊ in regno ei⁹ vocari valeam⁹. ⁊ cū scis ei⁹ letitia sēpiterna gaudere. qr ipsi cuz ekno pce et spūsco est honor ⁊ gloria in s.s. A.

# Onfitēini do.

Huic psalmo preponit̃ talis titul⁹ Alleluia alleluia Hu. hieronymus dicit̃ q̃ qñ ponit̃ bis alleluia in titulo psalmoꝝ. vnū alleluia est de fine pcedentis psalmi: ⁊ aliud de pncipio sequētis. Aug⁹. vero dicit q̃ nō legit̃ hoc in libris grecoꝝ. ⁊ mauult sequi opinionē cōmunē: q̃ illā q̃ pbabilitatē nō habz. ⁊ q̃ vtrūq̃ alleluia est de ps. seq̃nti. ⁊ hoc pbat sic p inscriptionē ps. cū dicit̃ ps. iste est cv⁹. Et post hunc numeꝝ ponit̃ duplex alla. q̃ vtrūq̃ alleluia ē d̄ eo: alioq̃n alteꝝ alleluia essz aū nūcꝝ ponēdū Hi. geminat̃ hic alleluia. qr semel ponit̃ pro laude dei in pñti: ⁊ iterū p laude ei⁹ in ciuitate celesti. sm hoc dr̄ Apoca. xix. Audiui voces in celo multoꝝ angeloꝝ dicētiū alleluia. Et sequit̃ post ea. et iteꝝ dixerūt alleluia: pter qd̄ ī eccia qñ cantat̃ versus. in pncipio dicit̃ q̃ q̃cūq̃ alleluia: ⁊ ī fine resumit̃ Jō ps. inuitās nos ī hoc ps⁹ ad laudē diuinā Hie. Penitētes roborat: negligentes arguit: mīaz pmittit. dicit g⁹.

Onfitemini dño Jdicit pheta O vos q̃ grauit̃ peccastis. ⁊ desperatis de vestra salute. ⁊ putatis qñ pter magnitudinē pctōꝝ nō potestis veniā pctōꝝ adipisci: ego precipio vobis Cōfitemini dño: pfessione pctōꝝ Cass. Et ne aliq̃s de culparū suaꝝ nūerositatib⁹ ēterer̃. addit Qm̃ bon⁹ J Hi. bonitatis cui⁹ nō est finis Cass. Qui delinq̃ntez pascit: q̃ expectat errātē: q̃ solez suū facit oriri sup bonos et malos Qm̃ in seculum mia ei⁹ Ji isto seculo miserer̃: in futuro iudicat Hic fas puerti est ⁊ mīaz postulare: in futuro seculo pctā pfiteri dānatio est: vbi iā pstat esse iudiciū Hi. Et qr laus ei⁹ nō pt sufficient̃ enarrari a creatura intellectuali Jō subdit̃ Quis loq̃tur potētias dñi? J q̃si dicat. Null⁹: cū sit potētie īfinite. aut quis Lauditas faciet oēs laudes ei⁹? J q̃si dicat null⁹ possz enarrare opera ei⁹: q̃b⁹ ipse laudand⁹ est. Nec ei⁹ laudes exp̄mere. cuz ipse sit maior oī laude. sicut dicit̃ eccle. xliij. Hu Vel laudes ei⁹ sic dicē Aug⁹ sunt opa precepto eiꝝ q̃b⁹ deū laudam⁹. qm̃ ad laudē ei⁹ ea facim⁹ Et licz pauci sint tales: tñ beati sunt Vñ subdit Beati J mō in spe. ⁊ in futuro in re Q cūstodiūt iudiciū J recte iudicādo q̃ntū ad iudices ⁊ faciūt iusticiā J recte cū primo: et hoc q̃ntū ad oēs Lin omni tpe J qr q̃ pseuerauerit vsq̃ in finē in bono ope: hic salu⁹ erit: sm dictū saluatoris Mat. x. Et qr nō sum⁹ sufficientes cogitare aut facere bonū a nobis Jō implorat diuinā grām dicēs Memēto nr̃i dñe J grām tuaz nobis pferēdo: vt sim⁹ L ī bñplacito populi tui J. i. in societate eoꝝ q̃ tibi placent L visita nos in salutari tuo J. i. ad saluationē nr̃az: nō ad dānationē: sicut visitas reprobos: ⁊ qr sal⁹ nr̃a in visione diuina est Jō subdit̃ Ad videndū J scz te facie ad faciez L in bonitate electoꝝ tuoꝝ J q̃si dicat: ad hāc visionē solū pducent̃ electi decedentes in bono finali L ad letādū ī letitia gētis tue J. i. vt letemur cū gēte tua: et totū

hac ad gloriā tuā [vt lauderis cū he/
reditate tua] .i. cum electis q̃ sunt he
reditas tua Ni. Et q̃ vera humilia
tio fecit deprecationē efficacē: fm illd
eccle. xxxv. Ꝺio humiliātis se nubes
penetrat Ideo ps. sue depcatiōi inte
ponit pctōr̃ pfessionē: ⁊ cū hoc reco
lit dīnor̃ bñficior̃ exhibitionē Vlñ
dicit Peccauim⁹ cū pr̃ib⁹ nr̃is [pctō
infidelitatis: ⁊ in hoc pr̃es nr̃os imi/
tātes] Caf. cū maiorib⁹ suis peccāt: q̃
delicta similia nō declināt [iniuste egi
m⁹] Nic. cōtra primū [iniqtatē feci
m⁹] ptra deū. Deinde subdit de pctō
ignorātie di: Patres nr̃i in egypto
nō itellexerūt mirabilia tua] q̃ si bñ
intellexissēt certe deo firmē adhesis/
sent. subdit de pctō ingratitudinis di.
[nō fuerunt memores multitudinis
mie tue] qūo p eis multiplicē flagel
lasti egyptios. et eos ab ipsis flagel/
lis mirabilē pseruasti. ⁊ hāc ingrati/
tudinē patr̃ ostēdit p effectū di. Et
irritauerūt] deū scz moysen seruū ei⁹
[ascēdētes i mare: mare rubrū] .i. dū
ascēderēt mare rubrū. hoc ē factū sic
legit exo. xiij. dicētes moysi i trāsitu
maris Forsitā nō erāt sepulcra i egy
pto: ideo tulisti nos vt moreremur i
hac solitudīe. scz dñs misericordē red
didit eis bonū p malo Vlñ sequitur
Et saluauit eos ꝓpt nomē suū] glo
rificādū ⁊ nō ꝓpt merita eor̃ [vt no
tā facēt potētiā suā] q̃ oia opa di or
dinant ad ei⁹ gloriā. puer. xvi. Vni/
uersa ꝓpt semet ipm opatus est dñs
Postea oñdit qūo saluauit eos: ⁊ p/
mo p diuisionē maris rubri Vlñ dic.
Increpuit] .i. ēcrepauit Ioh. [ma/
re rubrū] suo iperio: ipm diuidēdo
et exiccatū ē] videlz: inter medīū p q̃d
filij israel trāsierūt siccis pedib⁹ vt ha
bē exo. xiiij. [⁊ eduxit eos] p duca/
tū ãgeli [i abyssis] .i. in pfūdo maris
[sicut i deserto] .i. sicut i via sicca et
plana. q̃ ibi nō erat lutū. sic solet esse
i pfūdo aq̃r. et p ista duo Et saluauit
eos de manu] .i. d̃ ptate [odientiū] .i.
egyptior̃ pseq̃ntiū eos ad occidēdū
[⁊ redemit eos d̃ manu inimici] Ni
Idē d̃ ptate phonis rgis egypti Et
opuit aq̃ tribulātes eos] scz pharao
nē ⁊ exercitū ei⁹ filios israel pseqnte
tes. sicut exo. xiiij. dicit Reuersus est
mare ꝓmo diluculo ad porē locū: fugi
entib⁹ q̃ egyptijs occurrerunt aq̃: et
inuoluit eos dñs in medijs fluctib⁹
[vn⁹ ex eis nō remāsit] q̃ nō fuisset
submersus Et visis his miraculis
filij israel [crediderunt verbis ei⁹] .i.
moysi. dū viderūt egyptios mortuos
sup lit⁹ maris [⁊ laudauerunt] .i. lau
dantes cātauerūt ꝓpter victoriā ei⁹ [
laudē ei⁹] dicentes cāticū moysi seri
ptū exo. xv. videlz Cātem⁹ dño glo/
riose ꝛc. Deinde subdit de pctō mur/
muratōis hui⁹ populi p defectu cibi
et pot⁹. de q̃ habē exo. xvij. Vlñ dicit
Cito fecerūt] .i. parū mālerunt in
laude dei [obliti sunt operū ei⁹] q̃b⁹
eis puiderat de auxilio in egypto et
in mari rubro [⁊ nō sustinuerūt cōsi
liū ei⁹] .i. nō expectauerūt patient tē
pus in q̃ de⁹ disposuerat eis sbuenire
fm psiliū voluntatis suē. scz puenerūt
illud murmurādo sine rōne Et pcu
pierūt pcupiscētiā in deserto] scz car
niū. sicut dicit Nume. xi. Quis dabit
nobis escas carniū? [⁊ tētauerūt de/
um in iaq̃so] hoc est in deserto loco
vbi nō erāt aq̃ Et dicit tētauerūt. q̃
nō solū petierūt aq̃s ad sitim suā re/
leuādā: scz ē ad expiēdū sensibili exē
plo si de⁹ esset cū eis: an nō: fm q̃ d̃
exo. xvij. Et dedit eis petitionē ipo
rū] scz carnes ⁊ aq̃s [et misit saturi/
tatē] .i. ea q̃b⁹ saturarentē [in aiāb⁹] .i.
i sālitatē [eor̃] q̃ dedit eis carnes
ad vescēdū vsq̃ ad mēsē integrū: ita
q̃ vertebat eis in nauseā ex nimia re

pletõe: vt habet nume. xvi. Deinde de/
scribit pctm̃ seditõis chore ⁊ sibi ad/
herẽtiũ. videlz dathã ⁊ abyron Du.
Isti ei qr erãt de rubẽ p̃genito volu
erũt hẽc pncipatũ ĩ ꝓplo ⁊ chore ⁊ cho
rite q̃ erãt de Leui: voluerũt hẽc pn/
cipatũ sacerdotij. et ob hoc hi mouc
rũt seditionẽ ĩ populo ꝓtra moysẽ ⁊
aaron fm q̃ diffusi⁹ exp̃ssũ ẽ numeri
xvi. Vñ ⁊ h dr Et irritauerũt. i. ad
irã puocauerũt moysẽ ĩ castris ⁊ a/
aron scm̃ dñi. Vi. i. ꝓsecratũ ad fũgẽ
dũ sacerdotio coram dño. sicut habet
leuitici. ix. Ista ãt irritatio fuerat qr
chore ⁊ sibi adherẽtes dixerũt moysi
⁊ aaron q̃ erãt pncipes populi ĩ tpa/
lib⁹ ⁊ spiualib⁹ Sufficit vobis: qr oĩs
multitudo scõruz ẽ. q̃si dicẽt Debet
vobis sufficẽ q̃ sitis in codez gradu
cũ alijs Vñ subdit ibidẽ Cur eleua/
mini sup populũ dñi? Deinde subdit
pena seditõis eor p̃dictor cũ dicitur
Aperta est tra ⁊ deglutiuit dathan.
et operuit sup ꝓgregationẽ abiron.
put diffuse dicit nume: xvi. Et ex/
arsit ignis in synagogis eor. i. ĩ eor
ꝓgregatiõe flãma ꝓbussit pctores.
videlz ducẽtos q̃nq̃ginta viros q̃ of
ferebãt incẽsũ. tq̃ vẽdicãtes sibi illi/
cite sacerdotiũ Col. Timeãt q̃ mur/
murãt ꝓtra supiores suos: timeant q̃
ad honorẽ plãtõis indebite nõ ꝓfici
endi: sz dñandi ĩtẽtiõe ꝓueniũt: ne in/
fern⁹ apiat os suũ. ⁊ flãma ĩextingui
bilis post breuẽ: imo p⁹ momẽtaneã
dñationẽ recipiat eos eternaliter ꝓbu/
rẽdos Postea ostẽdit qmõ filij israel
peccauerũt ĩ idolatria. di. Du Et
fecerũt vitulũ in oreb. i. ꝓe montẽ
oreb Oreb ei ẽ ꝑs montis synai quẽ
montẽ ascẽderat moyses vt recipẽt a
deo legẽ Col. Trãslatio romana ex
hebraica habẽt: choreb ⁊ adorauerũt
sculptile. Sculptile est imago idoli
sculpta ⁊ facta in lapide vel in ligno.
cũ malleo Du. Sz ponit hic ꝓ ꝓflat
tili: qr vitul⁹ ille nõ erat sculpt⁹: sz de
metallo ꝓfusus ⁊ ꝓflat⁹ vt habet exo.
xxxij. Et mutauerũt gloriã suam.
Vi. i. deũ verũ in q̃ debebãt gloriari.
et q̃ gloriose duxerat eos de tra egy/
pti in similitudinẽ vituli comedẽtis
fenũ. i. in idolũ simile vitulo Cass.
Hoc totũ fecit impatiẽtia leuissimo/
rũ hoĩm: q̃ sp ducit ad culpas Nã si
cãm rei sub veritate discutias: nullũ
crimẽ ẽ qd nõ ex impatientia matre
nascat Cõtra hoc illud vere remedi
um est qd in alio ps⁹ dicit. Expectãs
expectaui dñm. ⁊ intẽdit mihi Mic.
Deinde arguit iudeos de pctõ ĩgra/
titudinis di. Oblti sunt deuz q̃ sal/
uauit eos. d fuitute dura egypti: q̃
fec magnalia ĩ egypto. egyptios mlt
iplicit flagellãdo mirabilia ĩ terra
cham. i. ĩ egypto sic noĩata rõne sup
dicta: populũ israel a plaga egyptior
ꝓtegẽdo terribilia ĩ mari rubro. pha
ranonẽ et ei⁹ exercitũ submergẽdo.
Et dixit. scz dñs ꝓminãdo vt dis
perderet eos. ꝓter eor ingratitudi
nẽ si moyses elect⁹ ei⁹ nõ stetisz ĩ cõ
fractiõe. i. in plaga q̃ ꝓminabat eos
dñs ꝓfringẽ in ꝓspectu ei⁹. suis oĩo
nib⁹ impediendo effectũ diuine vindi
cte. vñ dicit ei dñs exo. xxxij. Cerno
q̃ popul⁹ iste dure ceruicis sit: dimit
te me vt irascat furor me⁹ ꝓtra eos ⁊
deleã eos. ⁊ ibidẽ subdit Et auertẽt
irã ei⁹ ne disperdẽt eos. Obiecit enĩ
moyses seipm vindicte dei ꝓ eis di.
exo. xxxij. Obsecro: peccauit popul⁹
iste pctm̃ magnũ: fecerũt q̃ sibi deos
aureos. aut dimitte eis hãc norã: aut
si nõ facis: dele me de libro tuo quez
scripsisti. Deinde subiũgit de pctõ re
belliõis hui⁹ populi di. Et ꝓ nihilo
habuerũt. i. reputauerũt Trãslatio
hebraica hz: et despexerũt tra deside
rabilez. eio promissam: lacte et melle

fluentē: qr voluerūt reuerti ī egyptū
Nume. xxiiij. Non crediderūt ver/
bo ei⁹ ¶ q̄ pmiserat eos introducē in
terrā illā ¶ et murmurauerūt ī taber/
naculis suis ¶ Ell̄ dicit nume. xxiiij.
Igit vociferās oīs terra fleuit nocte
illa: ⁊ murmurati sunt ptra moysen ⁊
aaron ⁊c. ¶ Cas. Et dicit in tabernacu
lis suis: vt hoc nō laborātib⁹: sz ocio/
sis ptingere videret ⁊ eleuauit ma
nū suā sup eos ¶ Mu. pminādo penā
Mos est pminātū leuare manū: ⁊ sic
dicit hic ¶ vt psterneret eos in deser/
to ¶ Mi. Tūc enī data ē ptra eos sen
tētia diuina. vt oēs q̄ murmurati fue
rant a viginti annis ⁊ supra: nō īgre
derent terrā pmissiōis: sz morerent ī
deserto. pter caleph ⁊ iosue Nume.
xvi. ⁊ vt deijceret semen eor ī na
tionib⁹: ⁊ dispergeret eos in regioni
b⁹ ¶ Ista pena fuit tūc eis pminata. sz
tñ precib⁹ moysi impedita ⁊ iniciat
ti ¶ i. psecrati ¶ sūt beelphegor ¶ appli/
cantes se cultui idoli illi⁹ ¶ Circa qd ē
sciēdū q̄ Nin⁹ rex assyriorū q̄ pdidit
ninuē ciuitatē grandē fecit pri suo
mortuo belo noīe imaginē quā belū
noīauit: et oīb⁹ reis ad hāc imaginē
pfugentib⁹ parcebat Propt qd ho/
mines ceperūt illi imagini exhibē di/
uinos honores Et inde deriuata est
idolatria ad alias gentes ⁊ simlit no
mina idolorū: qr sic assyrij idolū suū
vocauerūt belū: ita ⁊ alij bel. vt baby
lonij: ⁊ alij baal: ⁊ alij beel fm varie/
tates idiomatū Moabite aūt idolum
suū vocauerunt beelphegor: de q̄ hic
agit. Et est nomē ppositū ex duob⁹
integris: scz ex beel ⁊ phegor qd ē no
men montis vbi colebat Igit balach
rex moabitarū de psilio balaā: misit
puellas pulcras ⁊ nobiles ꝓpe ten/
toria filiorū israel vt p eas īducerent
ad idolatriā: ⁊ sic de⁹ offenderet ptra
populū israel. et aliq̄ de populo luxu
riosi accedebāt ad eas: ⁊ cum vellent
eas agnoscē. ñ assēticbāt fm regis pre
ceptū nisi pus cū eis idolatrarēt: vt
plen⁹ ptinet nume. xxv. Ex q̄ secuta
fuit offensa dei ptra populū: ⁊ plaga
magna Et hoc est qd dicit. et initiati
sunt beelphegor. i. applicati cultui illi
us idoli ¶ ⁊ cōederūt sacrificia mortu
orū ¶ i. de carnib⁹ aīalū idolis īmola
tor ⁊ et irritauerūt eū ¶ scz deū ¶ ī adi
inuētiōib⁹ suis ¶ i. in pctis ab eis stu
diose factis ¶ ⁊ multiplicata ē ī eis rui
na ¶ qr tunc occisi sūt xxiiij. milia hoīm
vt ibidē dr ⁊ et stetit fineas ¶ pstant
ptra idolatras: qr occidit zābri ducē
trib⁹ symeōis cū mulie madianite co
eūtē ī pspectu oīm: quē cū mulie trās
fixit ī locis genitalib⁹ ¶ ⁊ placauit ¶ s.
deū p suū bonū zelū sic faciēdo ¶ ⁊ ces
sauit quassatio ¶ i. plaga a filijs israel
Mu. ⁊ et ¶ hō factū ¶ reputatū ē ei ¶ s.
fineas ¶ ad iusticiā ¶ qr dñs reputauit
ex hoc facto ipm iustū Mi. Ex q̄ ē
certificatus fuit a deo q̄ succedēt pri
suo ī sūmo sacerdotio: vt habet ibidē
¶ ī generatōē ⁊ generatōē ¶ i. ¶ vsq̄ ī
sēpiternū ¶ qr istud factū recolit adhuc
ī memoriā iusticie ipsi⁹ Mie. Qd dili
gent ausculta o sacerdos cui aīe pmē
date st. euagina gladiū verbi dei: ite/
rime fornicatōēz: ista opportune: īpor/
tune argue: increpa: obsecra: cū oī pati
entia ⁊ doctrīa. vt tibi reputet ad iu
sticiā: qr q̄ reddiderit pciosū ex vili: si
cut os meū erit dicit dñs Mi. Deide
sbdit de pctō ī ptradictōe populi p/
pter aq̄ defectū: qd plen⁹ ponit nūeri
xx. ⁊ ptigit aliq̄ factū pcedēs: sz p⁹scri
bit. ps. nō tenet sp ordinē historie vñ
dicē ⁊ et irritauerūt eū ¶ s. deū ad aq̄s ¶
ptradictōis ¶ videlz ī cades: vbi ipati
ent ⁊ ptētiose locuti st ꝯ moysen ꝓpt
aq̄ defectū: ⁊ p pseq̄ns ꝯ dñm. ñ expe
ctātes debite ei⁹ bñplacitū ¶ ⁊ vexat⁹
ē moyses ꝓpt eos ¶ i. turbat⁹ mēte in

tātū q̃ timuit ne deus denegaret eis
aqm ꝓpter eoꝝ maliciā [qꝫ exacerba/
uerūt] .i. turbauerūt vel ꝓmouerunt
[spm eiꝰ] in tātū q̃ prūperet ī ver
ba dubietatis: dicēs Nūquid de hac
petra poterimus vobis aqm eijcē? vt
pleniꝰ habeā ibidē Ideo subdit Et
distinxit] .i. manifeste ostendit [in la/
bijs suis] hoc ē: in mō suo loqndi du
bitationē cordis sui: ꝓpter qd̃ statiz a
dño fuit reꝓhensus: ⁊ ab ingressu ter
re ꝓmissiōis exclusus Sequit̃ de pec
cato idolatrie in terra ꝓmissiōis iam
adepta ꝓpetrato: cū subdit̃ [nō disp/
diderūt gentes] Et est hoc ꝓncipiuz
versus ꝓm trāslationē romanā. Vñ
sciendū q̃ dñs p̄cepit habitatores ter
re chanaan interfici Numeri xxxiij.
ne p eos filij israel ad idolatriā trahe
rent̃. ſz ipsi cupiditate ducti ꝓmiserūt
eos viuere ꝓpter tributū qd̃ eis red
debāt: ⁊ sic tracti fuerūt ad idolatriā
eoꝝ Et hoc ē qd̃ dicit̃ [nō dispdide/
rūt gentes q̃s dixit dñs illis] .i. p̄ce/
pit vt dispderēt Et ꝓmixti sunt int̃
gentes] Du: Nō tm̄ corpore ſz etiā
ope Vnde addit [⁊ didicerūt opa eo
rū ⁊ fuierūt sculptilibꝰ] .i. idolis [eo
rū ⁊ factū est illis in scandalū] .i. ī ma
nifestā ruinā Et īmolauerunt filios
suos ⁊ filias suas demonijs] q̃ ī ido/
lis celebrant̃. Q̃ hoc fecerūt nō legit̃
in historia: ſz credendū est ꝓphete vt
ait Augꝰ Et effuderūt sanguinem
īnocētē: sanguīe] videlz [filioꝝ suoꝝ
et filiarū suarū q̃s sacrificauerūt] .i. ī/
molauerūt [sculptilibꝰ chanaā] .i. cha
naneoꝝ int̃ eos habitātium trahēdo
puuulos suos p ignē Vñ ⁊ iiij. Reg.
xvi. dr̄ de achab Insup ⁊ filiū suū cō
secrauit: trāsferēs p ignē ꝓm idola gē
tiū Et infecta ē terra] .i. hoīes t̃rel
in sanguinibꝰ] .i. adulterata ē in pec/
catis: sicut subdit̃ [⁊ ꝓtaminata ē in
opibꝰ eoꝝ] p predictas īmolationes

Mi. [et fornicati sunt] .i. idolatrauē
runt. qꝫ idolatria fornicatio noīat̃ in
scriptura. qꝫ in ea recedit aīa a spōso
suo vero: scz deo [in adinuētiōibꝰ su/
is] q̃s ab alijs ⁊ a se ipsis inuenerūt.
Et] ꝓpt̃ ista [irat̃ est furore dñs in
populo suo] In quo notat̃ grauitas
culpe deū ꝓuocātis ad vindictā. cu/
ius furor est rigor iusticie ⁊ vindicte
sue [⁊ abominat̃ est hēditatē suā] .i.
filios israel qui dicūtur dei hereditas
in scriptura: q̃ ꝓpter pctā sua fuerunt
deiecti a ꝓtectiōe diuina. sicut cibꝰ ab/
ominabilis reijcit̃ Et tradidit eos ī
manꝰ] .i. in potestatē [gentium] ido/
latrie deditarum [et dominati sunt
eoꝝ q̃ oderūt eos] et sic ex odio pre/
cedenti grauiꝰ afflixerūt eos Ideo se
quit̃ Et tribulauerūt eos] affligen/
do [inimici eorū] Iudicū .x. [⁊ hu/
miliati sunt] corā deo [sub manibus
eoꝝ] pena inflicta dante eis ītellectū
[sepe liberauit eos] sicut patz ex de/
cursu libri iudicuz. qꝫ q̃n ab inimicis
afflicti humiliter deū deprecabantur:
suscitabat eis iudices ad eorū libera/
tionē. ꝓm q̃ dicitur iudicū. ij°. Du.
Sed ipsi de beneficijs deo fuerūt cre
bro ingrati: et non dimittebant mala
ꝓsueta. vnde subiungit Ipsi aūt exa
cerbauerūt] .i. ad irā ꝓuocauerunt
eū in ꝓsilio suo] Mi. qꝫ malū culpe
ꝓuenit ex vitio liberi arbitrij ⁊ non
ex deo [et humiliati sunt] Du. id est
afflicti ⁊ puniti sunt [in iniquitatibꝰ
suis] Vnde trāslatio hebraica habet
et humiliati sunt propter iniquitates
suas. sed tamē in illa afflictōe nō de/
fuit eis mia dei Vnde addit Et vi/
dit] respectu mie [cum tribularentur.
et audiuit orationes eorū] liberando
eos Et memoꝝ fuit testamenti sui]
Mic. id est promissi sui per moysen
expressi Deutronomij. xxx°. vide/
licet si ad cardines celi fueris dissi/

patus.scz ꝓpter pcta tua. inde retra/
het te dns de⁹ tu⁹ si vere penitueris
et assumet atqz introducet te in ꝛam
quaz possederūt pres tui Et penituit
eū ꝓm multitudinē mie sue .i.ad mo
dū penitētis se habuit: qñ quos pitu
ros videbat. de captiuitate reduxit.
Pnia in deum nō cadit:ꝫ loquit hic
more humanitatis. Sequit Et de/
dit eos in misericordias in cōspectu
oīm q̄ ceperāt eos Hoc pz de manas
se rege iuda:quē de captiuitate in re
gnū suū restituit.ij.paralip.xxxiij.° et
de ioachim rege iuda quē rex babylo
nis de carcere abstulit:ꝛ iter maiores
regni sui pstituit.iiij.regū vltio De/
inde q̄si pcludendo ps. resumit suam
deprecationē ad populi israel libera/
tionē:di Saluos nos fac dñe deus
nr De seruitute ꝛ angustijs qb⁹ po/
pul⁹ tu⁹ ē afflict⁹ in diuersis terris.q
a tpe iudicū fuit popul⁹ israel freqn/
ter captiuat⁹ a diuersis gentib⁹ ꝛ cō
grega nos de natōib⁹ in loco tui cul
tus:scilz in iudea Vt pfiteamur noi
scō tuo pfessione tue laudis ꝛ glori
emur in laude tua In pscnti p gra/
tiā ꝛ in futuro p gloriā Benedictus
de⁹ israel In oib⁹ q̄ fecit ꝛ faciet no
bis in aduersis ꝛ psperis a seculo ꝛ
vsqz in seculū .i.in eternum ꝛ dicet
oīs popul⁹ .i.dicat Hebrei p optati
uo vtunt futuro indicatiui Fiat fiat
In trāslatōe hebraica habet :amen
amen:qd signat veritatē stabilitatis
Hu. Potest āt hic q̄ri:qmo possum⁹
bndicere deū : cum apostol⁹ dicat ad
hebre. vij.° Sine vlla ptradictōe qd
min⁹ ē a meliore bndicit. ꝛ qs est me
lior deo? certe null⁹.ergo null⁹ pt deū
benedicē. Solutio:est laudis benedi
ctio:ꝛ grax actōis.sicut habet apoc.
vij. Benedictio.ꝛ claritas.ꝛ sapia.et
grarū actio.ꝛ honor.ꝛ virt⁹.ꝛ fortitu
do.deo nostro in secula seculoz amē.

Et hac benedictōe pt et debz hō de
um benedicē Ite est benedictio q̄ est
pseratio q̄ sp maior minori bndicit:
de q̄ benedictōe loquit apostol⁹ ad he
breos vij.° vt dictū est supra Cass.
Cantatū ē sup alleluia festiuū :respō
deant oīa titulo suo. Titul⁹ est ei alle
luia:cā pfessio:q̄ miro mō ad laudes
dñi oīo fecūda ē Per pfessionē ei ab
egyptijs eripimur:qñ ab opib⁹ diabo
licis dīno munē liberamur: mare ru/
brū trāsim⁹ qñ baptismatis sacra pci/
pim⁹ In deserto pascimur:qñ diuina
gra pcedēte in mūdi isti⁹ bonax rerū
largitate satiamur.ad kraz pmissiōis
pducimur:qñ i illa pria felici munere
supne pietatis ītram⁹ vt merito talis
freqnt iterata pdicet q̄ tātoz magna
lū figuratōe decorat. Qua ꝓpt sum
mo desiderio supplicem⁹ vt nos d bñ/
placito sibi populo ē pcedat.q̄ de p/
uis recta:de amaris dulcia:de tpalib⁹
ek na facē pstuit:q̄ten⁹ ꝛ nos in xpo
dño gloriātes cōiter dicē mereamur.
Bndict⁹ dñs de⁹ iesus xps pditor et
redēptor nr:cui ē honor ꝛ glia i s.s.a.

# Confitēini do.

Titul⁹:alleluia alleluia Hu:
Hui⁹ psalmi cū duob⁹ pcedētib⁹ cōis
est materia:sicut simlis est titul⁹ In
uitamur enī in psalmo ad vtrāqz con
fessionē tā pctōruz q̄z laudis diuine.
Et ꝓpter hoc ꝓpetent duplicat alle/
luia.vel ꝓpt iudeos ꝛ gētes puersas
ꝓpter qd apostol⁹ ad galathas iiij.di/
cit Abba pater Licet enī signat abba
idē q̄ pater:tñ abba dixit p puersiōe
iudeoz:ꝛ pater p cōuersiōe gentiuz
Cass. Preuidēs itaqz ꝓpheta popu
lū christianū in aduentu dñi gratiaz
pcepturū:ne securitate tāti beneficij
aliq negligentia lentaret.i.tepesceret
pmonet pfiteri euz peccata sua.ꝛ lau
des domini psonare dicēs

Confitemini dño | duplici pfone: tã
pctõr q̃ laudis: ille ei pconia dñi
salutarit assumit: q pus eus delictor
suor pfessiõe placauerit | qm̃ bon⁹ |
essentialit | qm̃ in seculũ | .i. in eternũ
| mia ei⁹ | qm̃ t hic pseuerit pctõrib⁹
parcere: t in futuro fidelib⁹ dignabit
eterna premia donare | Ita fit vt bo
nis suplicib⁹ .i. humilib⁹ suis sp mise
ricors approbet | Dicãt nũc q redem/
pti sũt a dño | .i. chriani de gentib⁹ ad
fidẽ puersi chrm̃ dñi laudẽt cui⁹ san/
guine redempti sunt | ãs redemit de
manu inimici | .i. de potestate diaboli
Hu. | d regiõib⁹ | .i. de q̃tuor clima
tib⁹ mũdi | pgregauit eos | Hi. Per
pdicationẽ apostolor t alior in vnã
eccia catholicã | Cas. Et ne putares
de paucis pmitijs pgregatos. subiun
git | A solis ortu t occasu: ab aqlone
et mari | Mare ponit p parte austra
li Hu. q: auster flat versus oceanum
q mare dicit: eo q est mar⁹ ceteris cõ
gregatõib⁹ aqrũ. Cõseqnt ponit in/
uitatio ad dei laudẽ ex liberatiõe gẽ
tiliũ a cultu idolor. vnde subdit | Hi.
Errauerũt in solitudine | .i. in gẽtu
litate q nõ erat culta pphetijs t lege
diuina | in inaquoso | .i. in statu q est
sine aq gratie t doctrine | viã ciuita/
tis habitaculi | scz prie celestis | non
inuenerũt | q: viã xpi q ducit ad re/
gna celor ignorauerũt Vnde dicit
Hieronym⁹ ĩ epistola ad paulinum
Hãc viã doct⁹ plato nesciuit: hãc de/
mosthenes cloqns ignorauit Hu.
Et pter hunc errorẽ fuerũt etiã in
magna inopia. vnde subdit | Esuriẽ/
tes t sitiẽtes | Hie .i. verã beatitudi
nẽ cognoscere desiderãtes | aia eorũ
in ipsis | hoc est in studijs suis t labo
rib⁹ | defecit | ab inuẽtione eterna be
atitudinis Hu. | Et | cognoscentes
defectũ suũ .i. q per se non poterant
viã inuenire beatitudinis | clamauerũt
ad dñm | penitẽdo de suis erroribus
| cũ tribularent | errore predicto |
et de ñcitatib⁹ eor | Quadaz ñcitate
peccabãt gẽtes tanq̃ ignorãtes t asi
sueti ad idolatriã. t ide | eripuit eos |
Hi. viã veritatis ostẽdẽdo. pt qd
subdit | Et eduxit eos | ab errore | in
viã rectã | q est chrs | vt irẽt in ciui/
tatẽ habitatõis | bñ opando .i. ĩ celuz
Et q: fecit eis dñs nõ eor meritis. sz
gratis ex pura sua mia Ideo hortat
eos pphetia ad grãr actionẽ vi. Con
fiteant | pfessiõe laudis | dño mie ei⁹ |
.i. hoies pt misericordias ei⁹ | Cas.
Per quas copiosa bñficia pceperũt.
q: quicqd in nobis videt laudabile:
pstat eẽ ipsi⁹ clementie. q pctã relaxat.
spez tribuit: atq̃ ad bonitatis sue do
na pducit Hu: | et mirabilia ei⁹ | ex/
bibita | filijs hominũ | Acsi dicat pec
catores redẽpti laudent dñm pt mi
rabilia ei⁹. Nia enĩ dñi fuit in hoc q
inimicos voluit liberare. sz mirabilia
ei⁹ fuerũt in hoc q p talẽ modum li
berauit eos. scz prio cruore Vnde
canit eccia in psona defunctorũ: crea/
tor omniũ rerũ de⁹ q me de luto for
masti: et mirabilit proprio sãguine re
demisti | Cass. Memento aũt q hic
versus quattuor vicib⁹ vsq̃ in finez
ps. sine aliq̃ pmutatione repetit: vt si
cut de quattuor partibus mũdi dicit
eccia pgregatã Ita de totidẽ cardi
nib⁹ orbis laudes misericordie ipsius
deuotis mentib⁹ offerant Etiã laude
tur de⁹ Quia satiauit aiam inanem:
et aiam esurientẽ satiauit bonis | aia
accipit hic pro homine: gentes qñ in
tentionẽ suã in idolor vanis deside/
rijs occupabant inanes erant et va/
cue ab omni bono: sed tunc esuriẽtes
satiate sunt qñ p predicationem do/
mini pmonite: vota sua ad prie stu/
dia transtulerũt Hie. Eos ergo qui
inanes erãt a gratia dei: t famẽ veri bi

diuini patiebant bonis celestib⁹ satia
uit. Cass. Deinde describit vitā ipaꝝ
gentiū q̄ ante aduētū dñi fuerunt di:
Sedētes in tenebris ignorātie. et
in umbra mortis. i. in vitiosa hui⁹ se
culi vita: q̄ illi⁹ etne mortis teterri
mā portabat imaginē. vinctos. sub
diaboli dñatiōe nexib⁹ pctōꝝ. in mē
dicitate. nihil boni opis habētes. et
ferro. hoc ē: i duritia maloꝝ obstina
ti. cui⁹ cā subdit. Quia exacerbaue
rūt eloq̄a dei. Hu. i. ad irā pnocaue
rūt deū loq̄ntē sibi p scripturas: et p
legē naturalē scriptā in cordib⁹ eoꝝ
et dicētē idola nihil eē. et psiliū altis
simi. q̄ psulebat vt idolatrie errorez
reinq̄rēt. irritauerūt. nolētes obe
dire. Et humiliatū est. humiliatiōe
pfuniōis. in laborib⁹. idolatrie et vi
tioꝝ. cor eoꝝ. Unde dicit Sapie v:
Lassati sum⁹ in via iniq̄tatis et pditi
onis. infirmati sunt. tanq̄ oī virtu
te destituti. nec fuit. supple: ex hoib⁹
q̄ adiuuaret. nisi sol⁹ de⁹. Et. Ideo
clamauerūt ad dñm cū tribularent.
et de ncitatib⁹ eoꝝ liberauit eos. de
q̄b⁹ ncitatib⁹?: de illis de q̄b⁹ subditur
Et eduxit eos de tenebris. scz igno
rātie ad lumē fidei. et de umbra mor
tis. i. de pctō idolatrie ad veritatez
vite: q̄ est vita grē. et vincula eoꝝ di
rupit. Cass. Inspice. mie dñi q̄b⁹ di
stinctiōib⁹ exponunt: pmo de ncitati
bus eoꝝ liberauit eos q̄ pmebant ser
uitute diaboli. Deinde a supstitionū
suarū tenebris eduxit aias pctōrum
sordē pollutas. Tertio nō dixit vin
cula eoꝝ soluit: sz dirupit: sic diaboli
tyrānica ptās chō veniētē dirupta ē.
Unde āmonet libēatos grās agē di.
Confiteant dño mie ei⁹ et mirabilia
ei⁹ filijs hominū. q̄ ianuas pctōꝝ et
maloꝝ oīm claustra vir⁹ diuina pfre
git. Cām hui⁹ laudatōis adhuc sbiū
git di. Quia ptriuit portas ereas.
id ē psuetas vitioꝝ pcupiscētias q̄ tē
nebāt eos ne ꝺ pctō exirēt. et vectes
ferreos. i. diabolicas suggestiones.
pfregit. Hec enī duo metalla p for
titudine delictoꝝ vident adhibita: sz
ista vir⁹ diuina pfregit: q̄n pcluitates
aduēt⁹ sui lumine misericordie respe
xit. Hu. Suscepit. liberādo. eos.
p miam suā. de via iniq̄tatis eoꝝ. vt
poneret eos i via equitatis. Et q̄ oz
q̄ humiliet se p pniam q̄ a dño susci
pit. ideo subiungit. pter iniusticias
ei suas humiliati sunt. q̄ erubescen
tes pctā sua penituerūt. Omnē escā.
Inō corporalē: sz spūalē. Cas. videlz
legē dñi et salutaria ei⁹ pcepta. abo
minata est aīa eoꝝ. i. parupendit et
fastidiuit. Hu. Et. Ideo. appropin
quēt vsq̄ ad portas mortis. Mors
eterna hz tot portas q̄t sunt peccata
mortalia. et has ingreditur: q̄ in pctis
mortalib⁹ morit. Et bñ dicit: appropin
quauerūt. Cas. q̄ has portas nō sūt
ingressi. qm̄ erāt dñi miseratiōe libe
randi. vñ subdit. Et clamauerūt ad
dñm cū tribularētur: et de ncitatibus
eoꝝ liberauit eos. sicut supra exposi
tū est. Nūo aūt liberauit eos pseqnt
subiūgit di. Misit. de⁹ pī. verbū su
um. i. dñm chrīm: q̄ in principio erat
verbū. Hu. et sanauit eos. a lāguo
re mortis aie. et eripuit eos: de oīb⁹ i
teritiōib⁹ eoꝝ. i. ab oīb⁹ pctis: p q̄ i
terit et occidit aīa. Et p tāto bñficio
Confiteant dño mie eius. Hier.
Quib⁹ excelsus se humiliauit: de⁹ hō
fact⁹ est: et īmortalis p mortaliū vita
subdit morti. et mirabilia ei⁹ filijs ho
minuz. quibus inferni portas ereas
pfregit vectesq̄z ferreos: quib⁹ redi
it victor a superos: q̄bus remeauit ad
celos. Et sacrificēt sacrificiū laudis.
Cas. q̄ multo pstāti⁹ ē cū bonis acti
b⁹ psalmodie illi iubilatiōes offerre:
q̄z pecudiz victimas īmolare. et p/

dicatores sci [ānūciēt opa ei⁹ in exul
tatiōe] .i.cum gaudio p̄dicabūt popu
lis fidelib⁹: q̄lit eos sua incarnatiōe
et morte saluauit [Qui descēdūt ma/
re] .i.seculū [i nauib⁹] .i.in eccīs q̄
chim portāt: ⁊ a fluctib⁹ hui⁹ seculi cō
dunt [Hu. Et bñ dicit: descendūt. q:
sci viri ⁊ predicatores boni habitāt
mēte ⁊ desiderio in celo/ ⁊ nō in tra
Et ideo descendūt qñ primo ppatiū
tur [facientes opationē in aq̄s mul/
tis] [Cas. Sacerdotes ci sunt q̄ ope
rant p̄dicādo verbū dei in aq̄s. i. i po
pulis multis Hā in Apoc. d: Quid
essent aq: interrogāte Job: rñsuz est.
populi sunt Ipsi] [p̄dicatores] [vide
rūt] [Hic. i. cognouerūt] [opa dñi] [in
scripturis scis: in q̄b⁹ debēt ē erudi
ti] [⁊ mirabilia ei⁹ i pfūdo] [scriptura
rū q̄ nō pñt explicari ad plenū] [Cas.
videz in mari rubro baptismū: i Jo/
ne tridua i ventre ceti habitatione: se
pulcrū dñi signare. cognoscerēt, ⁊ his
similia q̄ scp̄turar dinar p̄figuratiōi
bus agebant. ⁊ ideo fit vt miracula
ei⁹ i pfūdo respiciāt q̄ opa ei⁹ spūali
estimatoe p̄siderat Hi. Dixit] [scilz
de⁹ cui⁹ dicē ē facē] [⁊ stetit spūs pcel
le] .i.tentatiōis piculose. q̄ q̄diu de⁹
pmittit stat in suo furore Ideo sbdit
[et exaltati sūt fluct⁹ ei⁹] [Hu. i. mo/
tus carnales ⁊ suggestiones diaboli
Ascēdūt vsq̄ ad celos] [tētātes de
p̄sūptōe] [Aia eor i malis tabescebat]
.i.deficiebat ⁊ lāguebat in tētationū
labore: ⁊ ipsi tabefacti in tētatōib⁹ L
Turbati sunt] [ignorātes q̄d facere
debeāt Cas.] [⁊ moti st sicut ebri⁹]
ad iras ptin⁹ euomēdas [⁊ ois sapi
entia eor deuorata ē] [Gl. q: i tēpe/
state tētatōis oia p̄silia humana defi
ciūt: ⁊ q̄d agēdū sit nō videt Cass.
Dis g⁹ exēplis mouent sacerdotes
vt dño supplicēt q̄ten⁹ cor eor in hu
militate p̄solidet: ne a tentatiōib⁹ dia
bolicis ventilent. Et q̄d restat i tē/
tatōib⁹ faciēdū: nisi hoc q̄d sequitur
Et clamauerūt ad dñm cū tribula/
rent: ⁊ de nēcitatib⁹ eor eduxit eos]
Hu. hoc facit dñs qñ aiam de corpe
educit. q: q̄diu viuit hō sp ē vallat⁹
tētationū piculis. ⁊ iō clamat Apos.
ad Ro. vij. Infelix ego hō: q̄s me li
berabit d̄ corpe mortis hui⁹? Et licz
in hac vita de his nō educat oīo: tñ
ipsas tētatōes mitigat vt nō noceāt
sz iuuēt. vñ sequit Et statuit pcellā
ei⁹] .i.aspitatē tētationis Hi. [in au
ram] [p̄ferēdo p̄sciētie serenitatē trā/
q̄llitatis] [et siluerūt fluct⁹ ei⁹] .i.mo
tus carnales q̄s tentatio excitabat.
Et letati sunt] [in dño ex ei⁹ bñficio
videz] [q: siluerūt] [fluct⁹ tentationū
q̄b⁹ fatigabant] [et] [in hac tranq̄llita/
te] [deduxit eos in portum volūtatis
eor] .i. ad requiē vite celestis quā de
siderabāt. Et qm̄ ex hoc ē deo regra
tiādū: nō solū pticularit: sz a tota ec/
clesia Ideo subdit Hic. Confiteā
tur dño misericordie ei⁹] [q̄b⁹ p̄tegit
gen⁹ humanuz] [et mirabilia ei⁹ filijs
hominū] [q: mirabilit hos cōpescuit
fluct⁹ Cas.] [Et exaltēt eū] [deuotis
laudibus. non q̄ illi q̄cq̄ possit addi:
sed vt nos in ipsi⁹ exaltatione debe/
amus meritis augeri Hie. [in eccle
sia plebis] [id est in congregatione fi/
deliū] [et in cathedra senioru laudēt
eum] [Cas. Per hoc precipit offices
doctores laudes domini personare:
q̄ in cathedra senior residere noscun
tur. i. q̄ successores veterū pontificū
ē meruerūt Hi. Cōseq̄nt ponit in
uitatio ad laudādū deū ex liberatiōe
a spūali sterilitate. de q̄ dicit Amos
viij. Mittā in trā: nō famē panis ne/
q̄ sitim aq: sz audiēdi verbū dñi Et q̄
gētilitas fuit liberata p apostolor re
cessum de indea: dicēte paulo Actu.
viij. Vobis oportebat pmū loq̄ ver/

bum dei. sed qm̃ reppulistis illud. ecce
conuertimur ad gentes Dicit ergo:
Posuit flumina. scz sacre scripture
in desertũ. Cass. i. in populũ gẽti/
lẽ. qr apostoli non credentib⁹ iudeis
ad deserta gentiũ trãsierũt Hu. Et
erit⁹ aquaꝝ. i. ipsos iudeos vñ ali/
is manabant aq̃ doctrinaꝝ: posuit in
sitim. qr ipsos fecit siccos ⁊ egenos.
Vlñ subdit Terrã fructiferã. q̃ pri
us supna religiõe florebat: postea po
suit in salsuginẽ. i. in sterilitatẽ bo/
noꝝ opeꝝ. q̃ sterilitas p̃ salsuginẽ iõ
intelligit: qr vbi salsus humor dñat
fecũditatẽ tollit Et hec sterilitas ĩ il
lo populo iudaico ꝓtigit a malicia.
i. ꝓter maliciã inhabitãtiũ in ea.
videlz iudeoꝝ repellẽtiũ verbũ dei.
Posuit desertũ. i. gẽtilitatẽ in sta
gna aq̃rũ. p̃ predicationẽ apostoloꝝ.
vt aque. i. sacre scripture apud eos
maneãt ⁊ trã sine aq̃. i. gentes p̃us
sine doctrinas: supple posuit in erit⁹
aq̃rũ. vt scz nõ tm̃ retineant doctri/
nas apud eos: sz et alijs ipsas effũdãt
p̃ doctores ad fidẽ ꝑuersos: videlicz
dionysiũ: ambro: aug. ac alios multos
Hoc enĩ saluator predixit Mat. xxi.
Auferet a vobis regnũ dei: ⁊ dabit
genti facienti fruct⁹ ei⁹ Et colloca/
bit illic. scz in plenitudine doctrinaꝝ
Vi. esurientes. i. gentes fidẽ ⁊ ver
bũ dei deuote recipiẽtes ⁊ ꝓstitue/
rũt ciuitatẽ habitatõis. i. ecclam col
lectã ex gentib⁹ deuotis: in q̃ est ciuũ
vnitas in fide Hu. Et seminauẽ/
rũt. scz apostoli semine verbi dei a/
gros. i. hoĩes de mũdo: qr ager mun
dũ signat vt habet Mat. xvi. Cass.
Seminãt agros q̃ corpora sua mun
danis sensib⁹ pctõꝝ celesti institutõe
purificãt: vt fructus illos germinẽt
q̃ dño placere noscunt Felix labor:
ꝓfect⁹ mirabilis: sic opari vt redem/
ptor gentiũ placatus possit agnosci

Vi. ⁊ plantauerũt. i. edificauerũt
vineas. i. particulares eccias ⁊ fe
cerũt fructũ natiuitatis. i. chrianita
tis q̃ est natiuitas spũalis Et bẽdi/
xit eis. augendo grãm in bonis spũ/
alib⁹ ⁊ tpalib⁹ ⁊ multiplicati sũt ni/
mis. mẽito ⁊ nũero ⁊ iumẽta eoꝝ.
i. laicos ⁊ idiotas inẽ eos ñ minora
uit. sz mltiplicauit Hu. qr plures sẽ
ꝑuersi ad fidẽ de simplicib⁹ q̃ de sa/
piẽtib⁹: de plebib⁹ q̃ de nobilib⁹ Vlñ
aposto. i. ad cho. i. Videte vocatõez
vestrã fratres: qm̃ nõ multi sapiẽtes
non multi nobiles. sed q̃ stulta sunt
mũdi elegit de⁹: vt ꝓfundat sapiẽtes
ꝛc. Deinde subdit de repulsiõe iudeo
rũ di. Vi. Et pauci facti sunt. videl
icz iudei ⁊ vexati sunt a tribulatõe
maloꝝ ⁊ doloꝝ. qr p̃ romanos prim
sunt occisi: ⁊ partiz capti atq̃z disper
si Et cã subdit cũ dicit Effusa ẽ cõ
tentio sup̃ pncipes. videlz romanos
et iudeos: ⁊ ꝓter hãc ꝓtẽtionem de/
structi sunt ⁊ errare fecit. i. pmisit
eos in inuio. infidelitatis ⁊ non.
sunt reuersi in via. fidei Et adiu/
uit pauperẽ. i. populũ gẽtilẽ de in
opia. qr esurientẽ pauit sacra scptu/
ra ⁊ posuit. p̃ ordinatõez apostolo/
ruz ⁊ prelatoꝝ in eccijs sicut oues
familias. scz gentiũ ꝑuersaꝝ christo
humlit ac deuote seruientiũ Hu.
Vt audientes vocem veri pasto/
ris. fide nõ ficta sequant xp̃m. videl
bunt recti. multitudinẽ ꝑuersoꝝ et
letabunt. Cass. qr fidelẽ populũ re/
spiciũt suis retib⁹ adq̃sitũ ⁊ oĩs ini/
q̃tas. scz diaboli Opilabit os suuz.
Vi. qm̃ electis dñi non erit q̃ possit
opponi In fine p̃s. ꝓcludit p̃ oĩb⁹ p̃/
dictis: di. Quis sapiens ⁊ custodiet
hec? videlz vt se reputet pauperẽ ac
sine adiutorio dei nil valere et tũc
intelliget misericordias dñi Hu.
Qui errãtẽ ⁊ egenũ in viã deduxit ⁊

pauit qui pugnātē aduersus difficul
tatē pctōr ⁊ colligatus vinculis sol
uit psuetudinis ⁊ liberauit: q̄ fastidiē
tē verbi dei ⁊ tedio q̄dā pene moriē
tē: missa medicina verbi sui recreauit.
q̄ periclitātē int̄ naufragia ⁊ pcello/
sa maris hui⁹ discrimina ad portū p/
duxit: q̄ eū denīq; pstituit in eo popu
lo vbi humilib⁹ dat gratiā: ⁊ fecit eū
suū: vt int⁹ manēs multiplicaret̄: nō
vt foras exiens minueret̄ Dec custo
diet sapiēs p humilitatē: intelligēdo
mīas dñi Col. Ulū beat⁹ bernard⁹
ponit septē mīas dñi de q̄b⁹ in pnci/
pio psal. octogesimoctauo supra dcm
est Nos q; precemur dñm q̄ peccātib⁹
parcit: pctōres ad pniam pducit:
pctā indulget: facultatē deinceps pti
nendi ac emēdati⁹ viuēdi grām pstet.
q̄ten⁹ ei⁹ mīa adiuti sic vitā nr̄e pere
grinatōis finire valeam⁹: vt cum ele
ctis suis regni celestis participes ef/
fici mereamur Ipsi sit cū eterno pre
et spūsancto honor ⁊ gloria in .s.s. A.

## Paratū cor me.

Col. ps. iste ꝓposit⁹ est ⁊ pte
xt⁹ ex duab⁹ ptib⁹ duor psalmor Nā
pma ps h⁹ psalmi vsq; ad illū ⁊ sicu/
lū Saluū fac dextera tua: sūpta ē ex
fine ps. lvi. q̄ incipit Miserē mei de⁹
miserere mei Scda ps sumpta est ex
fine psal. lix. q̄ icipit. de⁹ repulisti nos
Sz q; huic psalmo ꝓponit̄ ali⁹ titul⁹
q̄si ex alijs pdictis psalmis Ideo alit̄
exponēd⁹ est Titul⁹ vero hui⁹ ps. ta
lis est Cāticū ps. ipsi dauid Nu. cu
ius sēsus talis ē. Cāticū psalmi. i. ps:
iste agit de mētis iocūditate q̄ de bo
nis opib⁹ pcedit: ad quē idē ps. mo/
net nos Cass. Cāticū enī refert̄ ad
diuinar rerū ptēplatōes: ps. vero ad
opas actuales q̄ tū diuinis noscunt̄
peuenire mandatis Mi. Iuxta ei lī/
lē sensuz ps: iste est exultatio dauid
deo: atz grār actio ⁊ restitutōe regni
israel in statū bonū tpe dauid victo/
ria sibi a deo pcessa de idumeis: q̄s re
degit sb tributo vt habet̄ ij. Re. viij.
Col. Et licz iste ps. fm hierony. et
cassiod. sit vox xpi grās deo pri ex col
lectis. in hoc ei ps. dicit q̄ ipse xps
suscipiēs mirabile passiōis arcanū re
surrexit ī gloriā sēpitnā. tū qr ī pdctis
psalmis tota lra hui⁹ psalmi fm hūc
sensum mystice exposita ē ī psalmis
predictis de chro Ideo hic ps. ad p/
sens exponit̄ fm sensuz moralē Nu.
Supra ei ps. in trib⁹ psalmis pdctis
inuitauit nos ad pfessionē cū dixit ter
Cōfitemini dño. h rñdet auditor di.
Paratū cor meū de⁹ Iad tibi pfi/
tēdū Lparatū cor meū Iad faciē
dū q̄ mihi precipis Lcantabo Idevote
orādo L⁊ psallā Iopa bona faciēdo et
hoc Lin gloria mea I. i. puritate cōscie
mee. de q̄ dicit apl's. ij. ad chor. i. Glo
ria nr̄a hec est: testimoniū pscie nr̄e.
Vie. Hoc dñe qd tibi psallo qd tibi
canto: nō tibi grām facio: sz mihi In
alio ps. dicit: qm̄ bonorum meor non
eges Qd ergo facio ꝓ me facio Je/
iunam? nūquid deo aliq̄d donam? ꝓ
pctis nostris hoc facim⁹ Iacem⁹ in
sacco: q̄d ex hoc prestam⁹ deo nisi vt
saluem⁹ aīas nr̄as! Ipse enī hoc desi
derat sicut bonus ⁊ misericors medi
cus: si aliquē sanauit gaudet q̄dem ⁊
ipse: ⁊ ille q̄ sanat⁹ ē: ita ⁊ dñs noster
Nu. Et qr pmittūt multi scām de/
ducere vitā: sz nō soluūt Ulū subiūgit
Exurge psalterium ⁊ cithara I Esto
psalterium decacordū p obseruātiā de/
cem mādator dei: ⁊ cithara p carnis
mortificationē Sz qr nihil possum⁹
facere sine grā dei Ideo addit Lexurg
gā I de vitijs ad bō opa Ldiluculo I. i.
in ortu grē Lpfitebor tibi I cōfessione
laudis Lī populis dñe I bonitatē tuā
laudando: nō solū verbo: sz etiā exē/

plo. vnde subdit [et psallã] bona opa
faciẽdo [tibi] .i. ad honorẽ tuũ [i na
tionib⁹] bonũ exẽplũ alijs prebendo
Juxta illud Mat. v. Sic luceat lux
vestra coꝝã hoib⁹ vt videãt opa vĩa
bona: ⁊ glorificent patrẽ vestrũ q̃ in
celis est Et merito laudãd⁹ ẽ Q uia
magna sup celos [hoc ẽ sup iustos L
mia tua] qꝝ q̃ntucũq̃ iusti sint: tñ ne/
cesse habent nõ iusticiã allegare: sed
mĩam implorare Vñ Hie. Vita sã/
ctoꝝ succũbit si pietas desit [⁊ vsq̃
ad nubes veritas tua] .i. vsq̃ ad pec
catores puniendos q̃ nubes dicũtur
Jude ij. Hi sunt nubes sine aq̃s: q̃ a
ventis circũferũtur E xaltare super
celos de⁹] .i. fac vt ipsi celestes homi
nes te exaltẽt bonis opib⁹. ⁊ sic iusti
ciã faciẽtes de ipsa iusticia remunerẽ
tur Exaltaẽ aũt de⁹ a bonis hoĩbus
p famã bonã: p cultũ: p fidẽ: p ptẽpla
tionẽ [et sup omnẽ terrã] .i. sup pec
catores q̃ sunt oĩs terra. i. oĩo terre/
ni: sit [gloria tua] .i. mĩa q̃ dicit glo/
ria, de q̃ dicit apostol⁹ ad Ro. iij. Om
nes peccauerunt: ⁊ egent gloria dei
Cur aũt hoc petit pseq̃nter manife/
stat cũ subiũgit di. [vt liberentur dile/
cti tui] a seruitute pcti ⁊ diaboli. licꝝ
enĩ odisti oẽs q̃ opanẽ iniq̃tatem: tñ
diligis pctores in q̃ntũ sunt creature
tue. qꝝ sicut dicit Sapie xi. Diligis
oĩa q̃ sunt: ⁊ nihil odisti eoꝝ q̃ fecisti
Jn tãtũ ei pctores creature tue sunt
a te dilecti. q̃ te fecisti seruũ vt eos li
berares: ⁊ mori voluisti vt eos redi/
meres S aluũ fac] scꝝ me p spem ĩ p
senti. sicut ait aplꝰ ad Ro. vij. Spe
enĩ salui facti sum⁹ [dextera tua] .i.
ꝓpiciatione tua [⁊ exaudi me] vt ad
salutẽ pueniam [deus locut⁹ ẽ in scõ
suo] .i. in viro scõ: q̃ ⁊ in alio ps. dicẽ.
Audiã q̃d loquaẽ in me dñs de⁹ De
inde sequit vox dñi dei dicẽtis E xi
ultabo] de iustio: sicut dicit Jsa. lxij.
Gaudebit sponsus sup spõsam [⁊ de
uidã sichimã] .i. separabo ꝑ societate
bonoꝝ malos q̃ prauꝰ inq̃ vixerũt
fugiendo. sicut sichimite q̃ inter alia
mala q̃ fecerũt oꝑpresserũt dinã filiaꝝ
iacob. vt habẽt gen. xxxiij. [⁊ vallẽ
tabernaculoꝝ] .i. humilẽ pniam fide/
liũ luctãtiũ ꝑta vitia q̃ in hoc mũdo
velut in tabernaculis sunt: nõ manẽ
tes sicut seculi amatores: sed vt pere
grini ad celestẽ patriã trãseũtes Po
rũ pniam ⁊ victoriã [dimetiar] .i. iu/
ste remunerabo. reddẽdo vnicuiq̃ mer
cedẽ ꝓm suũ laborẽ Et ne q̃s de bo/
nis suis supbiat ⁊ sibi ea ascribat: cõ
seq̃nter subiũgit M eus est galaad]
id est a me hꝰ hõ testimoniũ bonorũ
operũ: qꝝ nõ q̃ se ipm ꝓmendat ꝓba
tus ẽ ꝛc. Galaad aceru⁹ testimonij in/
terpretaẽ [⁊ me⁹ est manasses] .i. a me
habꝰ hõ vt posterioꝝ: hoc ẽ terreno
rũ oblit⁹: ad anteriora videꝰ celestia
pseq̃nda se ipm extendat. vt dicit ad
philip. iij. Manasses enĩ oblivio inte/
pretaẽ [⁊ effraim] .i. fructificatio et
oĩs pfect⁹ spũalis nõ est ab hoie: sed
est [susceptio capitis mei] .id est dei.
Quasi dicat: suscipit a deo largiente
Vnde apost. i. ad choꝝ. iij. De⁹ icre/
mentũ dedit Hec aũt tria videꝰ bo/
na opatio: mũdi obliuio: ⁊ pfect⁹ ĩ bo
no spũalit pcedunt fidelib⁹ a dño lar
gitore: q̃bus ne noceãt latrones. i. de/
mones: supponit eis dñs regẽ ꝑ quo
subdit [Juda rex me⁹] .i. pfessio re/
git mihi ista tria dona: qꝝ ipsa pfessio
latrones. i. suggestiões diaboli ⁊ mo/
tus carnales destruit: ⁊ regnũ pscie
in pace a peccatis pseruat Naꝝ iuda
pfessio interptaẽ: ⁊ q̃ rex iste bene re
gat summe nẽcaria ẽ sapia: q̃ cũ doce/
at q̃d bonũ sit aut maluꝰ Vñ addit [L
moab lebes spei mee] Moab interp/
taẽ aq̃ marina ⁊ signat sapiẽtiã patrũ:
in q̃ sacra scriptura ptinet [Lebes est

studiū in quo caro hoīs decoquit. fm
q dī eccle. vltimo Freqns meditatio
videlz scripturaꝝ: carnis est afflictio.
Sapia igit q̄ adquirit in studio sacre
scripture docet discernere int bonuz
et malum. i. in pfessiōe. et ē robur spei
mee adipiscēdi pmiam celestē ad quaz
aspiro Vñ apos. ad Ro. xv. Quecūq̄
scripta sunt: ad nr̄am doctrinā scri
pta sunt. vt p patiētiā ⁊ psolationem
scpturaꝝ spez habeam⁹ In idumeā
q̄ trena uiter ptat: signant pctōres.
ad q̄s extendā calciamentū meū. i.
exēpla humanitatis mee vel scōrum
Calciamētū enīz fit de corio mortui
ālis. Mortua animalia sunt sci qui
mortificauerūt corpa sua p pniam: et
multi eoꝝ se morti p xpo tradiderūt.
q̄rū puersatio relicta est nobis ī exē
plū Ipsoꝝ enī exēplo multi puersi st
ad pniam. vñ subdit chīs mihi alie
nigene. i. pctōres amici facti sunt.
id ē recōciliati sunt p pniam q̄ prius
erāt inimici p culpā Dz qz pauci st
q̄ de vita seculari ad dñm puertunt.
q̄rit dñs Quis deducet me ī ciuita
tē munitā. i. in coꝝ vallatū ⁊ obsti
natuz multis vitijs aut q̄s deducet
me in idumeā. i. ī mētē terrenas de
licias amantē: q̄si dicat Nullⁿ nisi tu
ipse: q̄ solⁿ puertis ad te coꝝ pctōris.
vñ vir iustⁿ de se nō psumēs ⁊ pctō
ribⁿ ꝓpatiēs respōdēs ait Nonne tu
deⁿ. q̄si dicat Nō sumⁿ digni ⁊ potē
tes hoc facere: qz tu solⁿ puerti facis
pctōres de via sua mala q̄ reppulisti
nos. q̄si nō egēs nr̄o auxilio ⁊ non
egredieris deⁿ. ad capiendū siue ad
puertēdū coꝝ obstinatū in virtutib⁹
nr̄is. qz hoc nō ad nos infirmos: sed
ad te pertinet sicut dixisti Isa. xliij.
Ego sum q̄ deleo iniqtates tuas ꝓpt
me Nos potiⁿ indigemⁿ tuo auxilio
Unde sbdit Da nobis auxiliū. nō
in psperitate mūdi q̄ nociua ē. sz de
tribulatōe. q̄ iuuat: qz retrahit homi
nē a pctō ⁊ ad deū redire ꝓpellit: nec
hoc auxiliū q̄ro ab hoīe. qz vana salⁿ
hoīs. vñ hieremias xvij. dicē Male
dictⁿ hō q̄ spem suā pomit in hoīe: et
a deo recedit coꝝ eⁿ. Die. Nec snia
oībⁿ patz Alīqs sperauit ī impatore.
in pncipe: in pre: aut matre: aut ī aliq̄
negotio: subito subtractⁿ est spūs eⁿ
in q̄ sperauit ⁊ euanuit salⁿ eⁿ. ꝓpter
qd nos sperantes In deo. Du. et
nō in nr̄a potētia vel in sapia facie
mus virtutē. i. virtuosā opationem
Cass. Ipse in dño facit virtutē: q̄ in
mādatis eⁿ iugit pseuerans diaboli
cas tētatōes codē miserāte calcaue
rit Sequit Et ipse ad nihilum dedu
cet inimicos nr̄os. Quid tibi fideli
sime opⁿ sunt terrena arma. q̄ habere
talia ꝓbaris auxilia? Ipse eī p te pu
gnat: cui nullⁿ resistit Ad nihilū q̄pe
pducit inimicos fideliū suoꝝ: qm̄ de
let eos d libro viuētiū vbi sibi scripti
videbant elati Ecce mūdi istⁿ tribu
latio beata: si fm dñi imperiū tolerēt.
ecce humilitatē tertenis culminibus
celsiorē. qz nō pt deficere cui venit au
xiliū de tribulatōe Dine te dñe deⁿ
vniuersus mūdi reⁿ ē pncipatⁿ: anxia
est sibi q̄libet potestas: ⁊ p te gaudet
humilitas Quis possit enarrare ma
gnificentiā tuā: qm̄ nosti tribulatōes
tpales in gaudia eterna puertē: ⁊ illd
apud te est preciosū: qd in hoc mūdo
sceleratis hoībⁿ videt abiectū Tibi
dñe laus ⁊ gloria in secula se. Amen

Deus laudē me;
az. Titulⁿ In finē ps. dauid
Ex supiorib⁹ pz sensus eⁿ Ni. De
materia hui⁹ ps. dicit beatⁿ petrⁿ actu.
ij. q̄ lr̄a hui⁹ ps. intelligit de passiōe
chīi spēalit q̄ntū ad hoc q̄ fuit tradi
